



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

De SS. Marcellini & Petri translatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

DE TRANSLATIONE EORVNDEM SS. MARTYRVM MARCELLINI ET PETRI LIBRI IIII. AVTHO.

re Einhardo seu Eginhardo, qui fuit Cancellarius Caroli Magni Imperatoris, & postea monachus Benedictinus, & primus Abbas Seligenstadiensis in monasterio horum martyrum, quod Imperatoris Lundouici Pij, & ipsius impensis conditum est circa annum Domini 821. Est opusculum eruditum, & haec tenus, quod sciam, typis non excusum. Nos capita ad marginem adiecimus.

PROLOGVS AVTHORIS.

Veris veri Dei cultoribus, & Iesu Christi Domini nostri, Sanctorumque eius non fictis cultoribus, Einhardus peccator. Qui vitas & facta iustorum ac secundum diuina mandata conuersantium hominum literis ac memoriae mandauerunt, non aliud mihi efficere voluisse videntur, nisi ut ad emendandos prauos mores, & collaudandam Dei omnipotentia, per cuiusmodi exempla, quorūcunq; animos incitarēt. Feceruntq; hoc, nō soli, quia li-
uore carebant, sed quia charitate, qua omnibus cupit esse consilium, granditer abun-
dabant. Quorum laudabile propositum quia tū in propatulo est, vt prater ea, quā dixi,
nihil aliud eos moliri voluisse lucidissimē clari earū cur à multis imitari nō debeat, om-
nino nō video. Ac proinde quia mihi conscientiū sum, quod libri, quos de translatione cor-
porum beatorum Christi martyrum, Marcellini & Petri, significare ac virtutibus, quā
per eos Dominus ad salutem credentium fieri voluit, qua potui facultate conscripsi;
eadem sunt voluntate atque intentione compositi, eosdem edere, ac Dei amatoribus
ad legendum offerre decreui. Arbitror enim, quod hoc opus non solum inane ac su-
peruacuum cuilibet fidelium videri non debeat, sed etiam fructuosè atque utiliter
me laborasse presumo, si efficere potuero, vt in laude sui conditoris anima illa legentis
assurgat.

LIBER PRIMVS.

Cap.1.

* Odono-
uuald



Rome plu-
rima marty-
rium monu-
menta.

Cap.2.

Vm adhuc in palatio positus, ac negotijs secularibus occupatus, o-
tium, quo aliquando perfrii cupiebam, multimoda cogitatione
meditarer, quandam locū secretum atq; à populari frequentia val-
de remotum naētus, atque illius, cui tunc militaueram, principis
Ludouici liberalitate consecutus sum. Is locus est in salu Germaniae,
qui inter Neccarum & Meenum fluuios mediis interiacet, ac
moderno tempore ab incolis & circumstantibus * Odanuald
appellatur. In quo cūm pro modo facultatum ac sumptuum non
solum domos & habitacula ad manendum, verū etiam basilicam, diuinis officijs co-
gruentem, non indecori operis adificasse, dubitare coepi, in cuius potissimum san-
cti vel martyris nomine arque honore dedicari deberet. Cumque in hac animi fluctua-
tione plurimum temporis esset euolutum, contigit vt quidam Diaconus Romanæ
Ecclesie, nomine Deufdona, pro suis necessitatibus regis opem imploratus ad pala-
tium veniret, ibique aliquandiu moratus, cum peracto, propter quod venerat, nego-
tio Romam redire pararet, quadam die humanitatis causa velut peregrinus ad pran-
diū nostrā paruitatis à nobis est inuitatus, ibique inter prandendum plura locuti,
eoque sermocinando peruenimus, vt de translatione corporis beati Sebastiani ac
neglectis martyrum sepulchris, quorum Romæ ingens copia est, mentio fieret. Inde
ad dedicationem nouæ basilicæ nostræ sermone conuerso, percontari coepi, quoniam
modo ad id peruenire possem, vt aliquid de veris Sanctorum reliquijs, qui Roma re-
sidenti posset, se nescire respondit. Deinde cūm me de hac re solicitum simus & curiosum
esse animaduerteret, altera die se percontationi mæs responsurum esse promisit.

Post hæc cūm iterum à me fuisset inuitatus, protinus ē sinu libellum mihi
porrexit

porrexit, rogans ut eum solus perlegerem, sibi que de his, quae in eo scripta erant, quid mihi placaret, indicare non dedignerat. Accepit libellum, & ut ille petijt, solus secrete perlegi. Continebatur in eo, esse sibi domi plurimas Sanctorum reliquias, easque se mihi dare velle, si meo fultus adiutorio Romam reuerti potuisset? compertum sibi fore, quod quos mulos haberem, quorum si alterum sibi darem, ac secum hominem meum fidelem mitterem, qui illas reliquias ab illo reciperet, mihi que deferreret, statim e. as mihi esse missurum. Complacuit mihi suadentis consilium, statuique fidem sponsionis incertae celeriter experiri ac proinde dato quod petebat iumento, addita propter viaticum pecunia, notarium meum nomine Ratleicum, quia & ipse orandi causa R. o manu eundi votum habebat, cum eo pergere iussi.

Igitur de Aquis grani palatio profecti. Nam ibi eo tempore Imperator cum suo comitatu erat, Augustam Sueorum venerunt? ibi, cum Hildoino Abate in mona stero S. Medardi locuti sunt, quia memoratus diaconus ei pollicitus est, se efficere posse, ut corpus beati Tiburtij martyris in eius veniret potestatem. Quibus ille promissionibus ille etius, misit, cum eis quandam presbyterum, hominem callidum, nomine Huhn, iubens ut acceptum ab eo memorati martyris corpus deferreret, inde iter ingressi, Romam quanta potuerunt celeritate, perrexerunt. Contigit autem, postquam Italiam intrauerunt, ut puer notarij mei, nomine Reginbaldu, tertiana febre corruptus, non modicum profecitioni eorum suis laboribus faceret impedimentum, quoniam his horis, quibus ille febrium astibus tenebatur, iter agere non potuerunt. Erant enim pauci, ac per hoc ab inuicem separari solebant. Cumque, hoc incommodo iter, illorum non mediocriter suisset retardatum, illi tamen prout poterant illud accelerare contendenter, tribus diebus priusquam ad urbem venirent, apparuit in visu illi febricitanti quidam homo in habitu Diaconi, perquirens ab eo, quam ob rem dominus suus R. o. Visio famulam ire festinaret. Cui cum ille & promissa Diaconi de reliquijs sanctorum mihi mittendis, & de his quae Hildoino Abati pollicitus est, prout illi comperta erant, exponeret? Non ita, erit, inquit, sed longe aliter, ac vos existimatis, causarum propter quas venistis, exitus adimplebitur. Nam Diaconus iste, qui vos Romanum venire rogauit, aut parum aut nihil de his, quae vobis promisit, facturus est: ac proinde vole sequaris me, atque ea quae tibi ostensurus atque dicturus sum, mente sollicita cures aduertere.

Tunc manu comprehensum, ut sibi videbatur, montis praecelsi cacumen secum confundere fecit, in quo cum simul positi consisterent. Convertere, inquit, ad Orientem, & subiectos oculis tuis campos intuere. Quod cum fecisset, & campos, de quibus sibi dixerat, fuisset intuitus, videt in eis molis imensa fabrica, in modum magnae ciuiitatis extrectas? & interrogatus ab eo, si sciret quid hoc esset? se nescire respondit. Tum ille Roma est, inquit, quod vides, statimque addidit. Dirige oculos in vltiora ciuitatis, & contemplare si aliqua tibi in his locis appareat ecclesia. Cumque sibi quandam ecclesiam apparet, dixisset. Vade, ait, & Ratleico nuntia, quoniam in ecclesia, quam modò vidisti, illa res est recondita, quam ille dominus suo deberat ferre? & ideo det operam, vt eam quanto celerius fieri potest, accipiat, & ad dominum suum reuertatur. Cumque ille diceret, quod nemo de his, qui secum venierant, in huiusmodi re fidem dictis suis esset habiturus, respondit & dixit, Tu nosti, quod omnes, qui tecum hoc iter agunt, tibi consici sunt, quia complures dies in febre tertiana laborasti, & nondum te ab illis ullam habuisse remissionem. Et ille, Labillis, sub audifebris, in visione ciuii veritas. ait, volo ut pro signo tibi sit, atque his, quibus verta est, inquit, ut dicis. Quapropter, ait, vole ut pro signo tibi sit, atque his, quibus verba quae dixi, relatus es, quoniam ex hac hora, febre, qua usque modò detinebaris, sic per Dei misericordiam caritatus es, vt te vltorius in hoc itinere non contingat. His Febricitans in visione curatur. dictis, expreffactus, omnia quae sibi vidisse vel audisse videbatur, Ratleico referre curatur. curauit. Quae cum Ratleicus presbytero secum pergenti exposuisset, visum est ambo. bus, ut experimentum somni ex veritate promissæ sanitatis approbarent. Nam eadem die iuxta qualitatem febrium, quibus laborare consueuerat, febricitare debebat is qui somniū viderat. Et ut non vana illusio, sed potius verareuelatio fuisse ostenderetur, ne que illa die, neque ceteris, quae ullam secuta sunt, ullam in corpore suo consuetarum, febrium sensit indicium. Sic factum est, vt & visioni crederent, & fidem Diaconi promissa non haberent.

Igitur Romanum venientes, iuxta basilicam beati Petri Apostoli, quæ dicitur Ad Vincula, in domo ipsius, cum quo venerunt Diaconi hospitium acceperunt, mā seruntque cum eo per aliquot dies, opperentes promissorum eius adimplitionem.

Sed

Sed ille, qui suas pollicitationes perficere non valdebat, ipsum quod non poterat, qui busdam procrastinationibus palliabat. Tandem locuti cum illo, cur eis illo modo vellet illudere, percontati sunt: rogates simul, ne se diutius fallendo detineret, & reuersio nem suam vanis spebus impeditur. His ille auditis, cum cerneret se huiusmodi callidi- tate eis iam amplius non posse imponere, primò notarium meum certum fecit de re- liquis mihi promissis, quod eas habere non posset, eo quod frater suus, cui & domum, & cuncta que habebat, inde abiens commendauerat, negotiandi gratia Beneuentum esset profectus, ac se penitus ignorare, quando esset reuersurus. Et quia ei reliquias il- las, sicut & ceteram suppellestilem ad seruandum commiserat, nec omnino se scire posse, quid de his fecisset, quoniam eas in eadem domo nusquam inuenisset, proinde videret quid faceret, quia de parte sua nihil restaret, quod sperare posset. Postquam haec notario meo dixit, & ille se ab eo illusum ac male sibi impositum quereretur, nescio quibus vanis ac friuolis etiam & presbyterū Hildoini allocutus, spe simili animatum a se fecit abscedere.

Cap. 6.

Postridiè vero cum valde tristes videret, hortatus est ut simul cum illo ad coemete- ria sanctorū pergerent, videri sibi quod in eis aliquid tale inueniri posset, quo eorum desiderijs satisficeret, nec fore villam necessitatem, vi in patriam vacui reuerterentur. Cumq; eis hoc consilium placuisse, vellentque vt quantocvū id, ad quod faciēdum eos hortabatur, inchoarēt, more solito negotium dissimulauit, & eos, quorum animi tunc paululum erant erexit, in tantam desperationem hac dilatione deiicit, vt, omisso illo, statuerent in patriam quanuis infecto negotio reuerti. Sed notarius meus reco- lens somnium, quod puer suus viderat, cœpit comitē suum hortari, vt sine hospite suo irent ad coemeteria, ad quæ visenda ille eos se ducre velle promisit. Itaque inuen- to atque conducto duce, locorumque monstratore, primò ad basilicam beati Tibur- tij martyris, in via Lauicana, tribus ab vrbe passuum millibus distante, veniunt, martyrisque tumbam quanta possint diligenter contemplantur, & vtrum sic, vt alii non sen- tirent, aperiti posset, cauta circumspectione considerant. Deinde in cryptam eidem basi- licæ contiguam, in qua beatorum Christi martyrum Marcellini & Petri corpora erāt tumulata, descendunt, atque explorata etiam illius monumenti qualitate discedunt, estimantes hoc factum hospitem suum posse latere. Sed aliter cuenit, atque arbitrati sunt. Nam licet ipsi nescirent, quibus indicis, citò tamen ad illum huius facti notitia peruenient, veritusq; ne sine illo voluntati suæ satisfacere debuissent, statuit consilium eorum festinando præuenire. Et quia ille eorundem locorum plenariam atque omni- modam notitiam habebat, blandè illos alloquuntur, hortaturq; vt illuc simul veniant, & si Deus votis eorum fauere dignaretur, communī consilio facerent, quicquid eis vi- deretur faciendum.

Cap. 7.

Vide antiqui reuerentia erga reliquie peruenientia in basilicam S. Tiburtij, primò altare illud, sub quo sacrum e- ius corpus situm credebatur, aperire tentauerunt. Sed parvum successit eorum vo- luntati molitio operis inchoati. Nam monumētum durissimo marmore extructum, incermes id aperire conantibus manus facile repellet. Igitur, omisso illius martyris sepulchro, ad tumbam beatorum Marcellini & Petri descendunt, atque ibi inuocato Domino nostro Iesu Christo, & adoratis sanctis martyribus, lapidem, quo summitas sepulchri tegebatur, de loco suo leuare moluntur. Quo sublatto, videt sacrissimum sancti Marcellini corpus in superioribus eiusdem sepulchri partibus positum, tabu- lamque marmoream ad caput positam, quæ titulo, quem continebat, euidentiu- dicium dabat, cuius in eo loco martyris membra iacuissent. Quod, vt par- rat, cum summa veneratione suscipientes leuant, & munda sindone inuolutum Dia- cono ferendum atque seruandum tradunt. Ac ne vlla sublati corporis indicia rema- nerent, lapidem loco suo reponentes, in urbem ad hospitium sua reuertuntur. Diaconus autem corpore beatissimi martyris, quod accepérat, iuxta basilicam B. Petri Apostoli, quæ vocatur Ad Vincula, ubi & ipse dominum habebat, se seruare velle ac posse affir- mans, fratri suo nomine Lunisoni ad custodiendum commisit. Arbitratuſque nota- rio meo hoc satisfactum esse, cœpit illum hortari, vt accepto corpore beati Marcelli- ni, rediret in patriam.

Cap. 8.

Sed ille longè aliud meditabatur ac mente voluebat. Nam, vt mihi postea retulit, videbatur illi nequaquam sibi licere cū solo beati Marcellini corpore in patriam re- gredi, quasi nefas esset, vt corpus beati Petri martyris, qui ei socius in passione fuerat, & per

Basilica S. Tiburtij.

Adoratio hic pro ve- neratione accipitur.

& per quingētos & eo ampliū annos in eodem sepulchro vnā cum illo requieuerat; illo inde transiunte ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente concepta, tanta anni sui parturitione simul ac perturbatione laborabat, vt nec cibum capere, nec somno acquiescere dulce sibi videretur atque iucundum, hisi martyrum corpora, sicut in passione ac monumento coniuncta fuerant, sic etiam peregrē profectura iungerentur. Sed de hoc qualiter fieri posset, vehementer ambigebat. Nouerat enim neminem à se Romanum inueniri posse, qui sibi ad hoc vllum ferrēt auxilium? sed ne talē quidem, cui hæc animi sui secreta auderet ostendere. In hac cordis anxietate constitutus, Monachi reperit quendam monachum peregrinum, nomine Basiliū, qui ante biennium de Græci R. Constantinopoli Romam venerat, atque ibi in mōte Palatino apud alios Græcos, qui in moniū eiusdem professionis erant, cum quatuor discipulis suis hospitium habebat. Hunc adiunxit, atque ei quam patiebatur sollicitudinem aperuit. Tum consilijs eius animatus, & orationibus fretus, tantam accepit in corde suo constantiam, vt statueret rem quanuis cum periculo capitū sui celerrimè experiri. Vocatoq; ad se comite suo Hildoini presbytero, cœpit cum eo tractare, vt iterum ad basilicam beati Tiburtij, sicut prius fecerant, clanculō pergerent, ac tumbam, qua martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuō molirentur.

Placuit consilium: assumptisque, quos secum adduxerant, pueris, hospite eorum pē Cap. 9. nitiū ignorante quō irent, clām noctū profecti sunt. Cumque ad locum ventum esset, votis pro re prosperanda ante ædis ianuam factis ingrediuntur, diuisisq; socijs inter se, presbyter ad corpus beati Tiburtij querendum in ipsius basilica cum aliquibus remansit. Ratleicus cum reliquis in adhærentem eidem ecclesiæ cryptant ad beati Petri cor. Tollitur pus accessit, apertoque sine villa difficultate sepulchro, sacra sancti martyris membra corpus B. nullo prohibente sustulit, & serico puluino, quem ad hoc parauerat, recepta diligen- Petri martyris. ter inclusit. Interē presbyter, qui corpus beatī Tiburtij quarebat, magno labore frustrā consumptō, postquam se vidit nihil posse proficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum descendit, & quid sibi faciendum esset, ab eo quæcere cœpit. Cui cum ille arbitrari se diceret, quod S. Tiburtij reliquiae essent inuenta, eiq; id de quo dicebat ostenderet. Nam paulò antē, quād idem presbyter ad eum in cryptam venisset, reperit in eodem sepulchro, in quo sanctorum Marcellini & Petri sacra corpora iacuerūt, foramen quoddam rotundi schematis trium fermē pedum longitudine introrsus excavatum, pedali amplitudine patens, & in eo minuti pulueris non modicam portionem repositam. Visum est ambobus, quod hic puluis de corpore beati Tiburtij ossibus inde sublati remanere potuisset, & ob hoc, vt difficiliū inueniretur, medio loco inter beatum Marcellinum & Petrum in eadem tumba fuisset repositus, conuenitq; inter eos, vt eum presbyter sumeret, & pro reliquijs beati Tiburtij secum deferret.

His ita transactis atq; dispositis, cum rebus, quas repererunt, ad hospitium sua reuersi Cap. 10. sunt. Post hæc Ratleicus cum hospite suo locutus, rogat vt sibi sacros beati Marcellini cineres, quos ei ad seruandum commendauerat, reddat, seque in patriam redire volētem nulla non necessaria dilatione detineat. Cui ille non solum quod repetebat sine mora restituit, verū etiā de sanctorum reliquijs in vna ligatura collectis, haud parvam portionē mihi deferendā obtulit, & requisitus de nominibus eorū, mihi se illa dictarum, quando ad me venisset, respōdit. Monuit tamen, vt eadē veneratione, qua cetera sanctorū martyrum reliquiae colerentur, eō quod nō minoris apud Deū essent meriti, quād B. Marcellinus & Petrus: & hoc me esse creditur, cum primū ad me nominū illorum notitia peruenisset. Suscepit ille munus oblatū, atq; id, vt sibi persuasum erat, sanctorum martyrum corporibus sociavit. Initioq; consilio cum hospite suo, sacram illum ac desiderabilem thesaurum in scrinij reconditum atq; signatum, per Luniso Reliquiarū lacer & desiderabilis inem fratrem eius, cuius superius fecimus mentionem, necnō & presbyterum Hildoni, qui secum venerat Papiam vsg; deportari fecit: ipse cum eodem hospite suo Romę thesaurus.

In hoc morarum suarum articulo fama existit, legatos sanctæ Romanae Ecclesiae à Cap. 11. Ponti.

IVNIVS.

330

Pontifice ad Imperatorem directos, illò breui esse venturos. Itaq; veriti de aduentu illorum aliquid sibi incommodi, vel etiam impedimenti accidere posse, si se ibi deprehenderent, decreuerunt ut quidam ex eis abeundo, aduentū eorum festinando praeuertent, alij in loco remanerent, & re, de qua solliciti erant, diligenter inuestigata, post eorundē legatorū abscessum socios suos, quos præmiserant, sequi properarent. Cū ita inter eos de hac re cōstitisset, Deusdona cū presbytero Hildoini legatos Roma venientes præcessit, & Augustā Suevorum, vbi Hildoinū esse rebatur, quanta potuit festinatione contendit. Ratleicus verò cū thesauro, quem secū habebat, Papia remāsit, ex pectans donec legati sedis Apostolice praterirent, vt illis Alpes transgressis, viā suam securius carpere potuisset. Veritus itaq;, ne presbyter Hildoini, qui cū Deusdona præcesserat, quiq; omniū, quæ apud eos gesta vel tractata fuerant, plenariā atq; integrā notitiam habebat, quia vafer ac lubricæ fidei videbatur, aliquid impedimenti sibi in via, quæ ire dispositū habebat, machinari debuisset, altera sibi eundū iudicauit. Missioq; ad me procuratoris nostri Ascolfi puero cū literis, quibus me & de reuersione sua, & de allatione thesauri, quæ diuinitus adiutus inuenierat, certum efficeret, ipse postquam Romanos ex coniectura mansionum, quæ eis parabantur, Alpes superasse putauit. Papia relīcta, sexta die ad S. Mauritium venit. Ibiq; comparatis, quæ ad hoc necessaria videbantur, sacra illa corpora loculo inclusa, feretro impo suit, atq; inde promouēs, patlā & apertè cum adiutorio populi occurrentis portare coepit.

Cap.12.

Vbi autem locum, qui Caput laci vocatur, prætergressus, biuū, quo inerā in Franciam ducentia dirimuntur, attigit, dexterorē viā ingressus, per Alamannorum fines usq; ad *Solodorum Burgundionum oppidum venit. Ibi obuios habuit, quos ego post indicium adiuentū illius mihi factū, de Traiecto ei occurrere iussi. Nam ego tunc temporis iuxta Scaldini fluvium in monasterio S. Bauonis erā, quando literā notarij mei per puerum procuratoris nostri, cuius superiorū mentionē fecimus, mihi redditæ sunt: ex quarum lectiōne de aduentu Sanctorum certior factus, illic vnum ex familiariis nostris Traiectū ire, ibiq; presbyteros atq; alios clericos, necnō & laicos secū sumere, ac Sanctis venientibus vbi cunq; primū potuisset, obuiā festinare præcepit. Et is nihil moratus, cū his quos secum duxerat in loco memorato, post paucos dies his, qui Sanctos adferebat, obuiavit: iunq; simul, comitantibus īā atq; hinc inde cōcurrentibus hymnidicis populorum turmis, cum ingenti o minū latitia Argentoratum urbem, quæ nunc Straburgus appellatur, celeriter veniunt. Inde per Rhenum secunda aqua nauigātes, cū ad locum, qui Portus vocatur, venissent, orientalē fluminis ripā egredi, quinā mansione ad locum Michilunstat nuncupatum cum immodica hominum in Dei laudibus exultantium multitudine perueniunt. Is locus est in eo saltu Germania, qui tempore moderno Odonouualia appellatur, & distat à Mōeno flumine circiter leugas sex. In quo cūm basilicam noriter à me constructam, sed nondum dedicatam inueniissent, in hanc illos sacros cū mēres intulerunt, & velut ibi perpetuō permaneuros deposituerunt.

Cap.13.

Cumque id mihi fuisset allatum, cōfessim illuc quanta potui celeritate venire festinaui: vbi cūm triduo post aduentū nō nostrum exacto, quidā puer Ratleici iubente eo, officio vespertino cōplete, ceteris ex euntibus solis in ecclesia remansisset, & clausianuis, iuxta illa sacra corpora, in parua sellula quasi vigilaturus consedisset, subitaneo somno depresso, vidit quā si duas columbas per dexterorē absidæ fenestram volando intrare, & in culmine leti super ipsa Sanctorū corpora cōsidere. Quarum altera tota alba, altera cani & albi coloris mixtura varia videbatur. Cumq; in eodē culmine diutius deambularent, & consuetum columbis gemitum vicissim velut colloquentes ederent, rursus per eandem fenestrā egressa, non cōparuerunt: securaq; vox supra caput pueri sonuit. Vade, inquit, & dic Ratleico, vt indicet domino suo, quia isti sancti martyres nolunt, vt eorum corpora in hoc loco requiescant. Alium enim elegerunt, ad quē celeriter migrare dispository habent. Huius vocis author ab eo videri non potuit, quā tamen finita, euigilauit somnoq; excitus reuerso ad basilicam Ratleico quid vidisset indicauit. At ille in crastinum vbi me primum conuenire portuit, quid sibi puer suus retulisset, mihi nunciare curauit. Ego autem, licet huiusc visionis arcum spernere nō auderem, statui tamen operiendum alicuius signi certiorum indicium, atq; inter illos sacros cineres de linteis, in quibus ligati venerant, sublatos sericis ac novis puluinis insuere feci. Cumq; in eorum inspectione reliquias B. Marcellini minoris quantitatē, quam sancti Petri esse cernerem, arbitratus sum eum in statura corporis sui minoris fuisse mensurā, quam S. Petrum. Sed hoc aliter se habere, furtum postea patefa-

visso cuiusdam apud sacras reliquias.

patefactum approbavit: quod vbi, vel quādo, vel à quo, vel qualiter admissum ac pro-
ditum sit, suo loco dicturus sum: nunc ordo narrationis inchoatae texendus atque te-
nendum est.

Igitur postquam illum magnum atq; mirabilem, omniq; auro pretiosorem inspe-
xi thefaunum, loculus, in quo idem continebatur, propter vilitatem materiæ, de qua Cap. 14
compactus erat, cœpit mihi oppidò displace. Quem emendare cupiens, quadam dic Nota qui
ti fecerint olim sacras Reliquias.
post completum vespertinum officium præcepi vni ex aditu, vt mensuram loculi
virga collectam mihi afferret. Cum ille hoc facturus cereum accenderet, & circūpen-
denta pallia, quibus idem loculus tegebatur, subleuaret, animaduertit loculum mirū En stupen-
in modum humore sanguineo vndiq; distillantē & rei nouitate perterritus, hoc quod cap. 15
viderat properè mihi nuntiare curauit. Tum ego cum eis, qui aderant, sacerdotibus ac
celis, & illud stupendum atque omni admiratione dignum miraculum aspexi. Nam
vt columnæ atque abaci vel signa marmorea pluvia instantे sudare ac circumfluere so-
lent: sic loculus ille, qui sacratissima corpora continebat, vero cruore madens, & ex o-
mini parte perfusus inuentus est. Terruit nos insolita & nunquam prius audita miracu-
li species. Quapropter initio consilio, triduanum iejunum cum supplicationibus fa-
cere decreuimus, vt ex reuelatione diuina scire mereremur, quid sibi vellet, quidue fa-
ciendum moneret et magnum illud & ineffabile prodigium. Itaq; peracto illo triduano
iejunio, cum iam aduerseretur, humor ille crutoris horrendi subito cœpit aresce. Aliud admi-
re, ac mitum in modum, qui per continuos septem dies more perenni aquæ sine in-
termissione distillabat, sic intra paucissimas horas exiccatus est, vt eo noctis tempore
(Nam Dominica erat) quo signo dato, ad antelicanum officium celebrandum ecclæ-
siam intrauimus, nullum iam in loculo vestigium illius posset inueniri. Lincea verò,
qua circa loculum pendebant, vt eodem fuerunt humore respersa, ita vt erant san-
guineis maculis infecta seruare iussi: in quibus adhuc magnum illius inauditi portenti
parer indicium. Constat enim humorem illum saporis fuisse subfalsi, ad lachrymarū
videlicet qualitatē: & tenuitatē quidem aquæ, colorem aut̄ veri sanguinis habuisse.

Eadē nocte cui dā ex pueris nostris, nomine Ruodlando per quietem duo iuuenes visi
sunt adstissē, qui ei, vt ipse testatus est, de transferēdis Sanctorū corporibꝫ multa mihi Cap. 15.
dicenda mandauerunt, & ad quem locum, vel qualiter id fieri deberet, ostenderunt: & Visio cuius.
vt hoc mihi sine mora fuisset nuntiatum, terribiliter comiminando præcepérunt. Qui
mox vt me adire potuit, omnia que iussus fuerat, mihi intimare curauit. Quibus audi-
tis, curis ingentibus astuare, & quid mihi esset agendum, animo tractare cœpi: vtrum
iterū iejunia & supplications celebrandæ, ac Deus rursus pro nostra curiositate so-
licitandus: an aliquis Deo deuotè ac perfectè seruiens esset querēdus, cui anxietatem
cordis noſtri & curarum noſtrarum querimonias indicare, quemque rogare potuisse.
mus: vt orationibus suis à Deo nobis huius rei manifestationem impetraret. Sed vbi
vel quando ille talis Christi famulus à nobis posset inueniri, praesertim in illa regione,
in qua tametsi quædam cenobia ab eo loco, in quo eramus, haud longè posita esse cō-
stabat: tamen propter rudem in his locis cius conuersationis institutionem, aut rarus
aut nullus erat, de cuius sanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur. Interea dū
his anxiis curis sanctorum martyrum suffragiū implorasse, atq; omnes qui vna no-
biscum erant, vt idem facerent, sedulò commonuissem, factum est vt per continuos Crebrae di-
dies nulla nox prateriret, in qua vel vni vel duobus, vel etiam tribus sociorū nostrorū
in somnis reuelatum nō fuisset, quid illa Sanctorum corpora de eo loco in aliū es-
sent transferenda. Ad extreum autem eidam presbytero de his, qui ibi nobiscum
erant, nomine Hildfrido, apparuit in visione, vt ipse fatebatur, vir quidam habitu sa-
cerdotali, canitie veneranda conspicuus, candida ueste indutus, qui eum talibus verbis
compellauit: Cur, inquit. Einhardus tam duri cordis, tantæque obstinationis est, vt tot
reuelationibus non credas, actor monita ad se diuinitus missa arbitretur esse contem-
nenda? Vade & dic ei, quia hoc quod beati martyres de suis corporibus fieri desiderat, Crebrae di-
infectum remanere non poterit, quanvis ille haec tenus voluntatem eorum in hac re
facere distulisset. Et iam nunc, si non velit vt huius facti meritum ad aliū transcar, fe-
siner eorum adimplere iussionem, & ad locum, quem ipsi elegerunt, corpora illorū
deportare non negligat.

Post has aliasq; multimodas ad me perlatas admonitiones, ysum est mihi illam sa. Cap. 16.
crorum cinerum translationem non esse diutiū differendam: ac proinde initio consi-
lio, decreuimus vt id quāto celerius fieri potuisset, perficere certaremus. Igitur om-
nibus, qua ad hanc deuotionem necessaria videbantur, raptim & cum summo studio

Yy 2 præpa.

**Reliquiarū
facer & inge-
stimabilis
thesaurus.**

præparatis, prima luce post completum matutinum officium, sacrum illum & in-
stabilem thesaurum cum ingenti lucre ac mœrore illorum, qui in loco erant rema-
suri, sustulimus; atq; iter ingressi portare cœpimus, comitante nos pauperum turba,
quæ illò per eos dies ob elemosynam accipiendam vnde cunq; confluxerat. Nam cir-
cā manentes populi quid apud nos ageretur, penitus ignorabat. Erat calum graue for-
didis nubibus, & quæ in ingentem pluviam citò resoluti possent, nisi id diuina virtus fie-
ri prohiberet. Nam tota nocte illa intantum sine intermissione pluebat, ut nobis iter
illud ea die inchoari posse minimè videretur. Sed illam nostram dubitationem, ex in-
firmitate fidei venientem, superna gratia per suorum merita Sanctorum longe aliter,
atq; existimauimus, habere se fecit, quando viā, per quam incessimus, in aliam quām
sperabatur qualitatem vidimus fuisse commutatam. Nam & luti parum inuenimus,
& riuos, qui in tam grandi ac iugi pluvia, vt ea nocte erat, crescere solebant, penè nihil
creuisse reperimus. Vbi verò de saltu egesti, proximas villas accessimus, frequentibus
obuiorum ac Deo laudes dicentium turbis excipimur, qui nos per octo ferē leugaram
spatium comitati, nobis ac nostris & in sacro onore ferendo deuoti adiutores, & in di-
uinis laudibus dicendis impigri fuere concentores. At vbi vidimus, quod ea die ad lo-
cum destinatum peruenire non poteramus, diuertimus ad villam Ostheim appellatā,
qua viæ nostra contigua cernebatur, & inclinata iam vespera, in basilicā B. Martini,
qua in eadem villa est, sancta illa corpora intulimus, & socijs nostris ad excubias ducē-
das ibi dimissis, ego cum paucis ad locum quo tendebamus, festinando præcessi, & ea,
qua ad receptionem sanctorum corporum usus postulabat, per noctem preparauit.

Ad basilicam verò, in qua illorum sacrosanctum thesaurum dimisimus, sanctimo-
nialis quedam paralytica, nomine Ruodlang, de monasterio Machesbach, qd ab ea-
dem ecclesia viius leuga spatio disparatum erat, ab amicis suis ac propinquis in carro
adducta, cum iuxta feretrum Sanctorum inter ceteros vigilans atq; orans pernocta-
ret, recepta omnium membrorum sanitate, proprijs pedibus nullo sustentante, vel quo-
libet modo adminiculante, ad locum vnde venerat, in crastinum regressa est. At nos
albescente cælo surgentes, socijs nostris venientibus obuiam ire perreximus, habentes
nobiscum immodicam vicinorum nostrorum multitudinem, qui fama aduentus San-
ctorum exciti, ad hoc primo diluculo pro foribus nostris constiterunt, ut vna nobis-
cum Sanctis obuiam procederent. Et occurrimus eis in eo loco, vbi Gaspertia fluius
lus Mæno misetur. Inde pariter incidentes, ac Domini nostri Iesu Christi misericor-
* Mulheim. diam collaudantes, sacras illas beatissimorum martyrum exuuias ad * Mulheim su-
periorem (Sic enim moderno tempore locus ille vocatur) cum magna omnium, qui
ibi adesse potuerunt, latitia & exultatione detulimus, sed præ nimia populi multitu-
dine, qua præcedens cuncta compleuerat, neq; ecclesiam adire, neq; feretrum in eam
inferre valuimus. Idcirco in campo adiacente, atq; in loco editiore altare sub diu e-
rexiimus, ac feretro ponē altare deposito, Misericordiam solennia celebravimus. Quibus
expletis, ac multitudine ad sua recedente, in ecclesiam à beatis martyribus iussam, eo-
rum sacratissima corpora intulimus, ac feretro propè altare locato, iterum Misericordiam
celebrare curauimus. Ibiq; inter celebrandum puer quidam annorum circiter quinde-
cim, nomine Daniel de pago Portiano, qui illuc inter alios pauperes mendicando ve-
nerat, atq; ita curuus erat, vt nisi supinus atq; iacens cælum aspicere nequiisset, ad fe-
retrum accessit, ac subito velut ab aliquo impulsu corruit, cumq; diu velut dormien-
ti similis iacuisset, correptis omnibus membris, & recepta firmitate nerorum, coram
oculis nostris surrexit incolmis. Facta sunt hac decimo sexto Calendas Februario-
& erat eius diei tanta & tam clara serenitas, vt æstiu splendore solis ad aquarēt, atq;
ipius aëris tam mitis atq; iucunda tranquillitas, vt veris temperiem apricitate blanda
præcederet.

Postridie verò sacra beatorum corpora, nouo loculo recondita, in ab-
sida basilicæ locauimus, & sicut in Francia mos est, superposito ligneo culmine, linteis
ac sericis pallijs ornandi gratia conteximus, apponentes altare, ac duo vexilla Do-
minica passionis, que in via feretrum præcedere solebant, hinc atque inde erigentes,
locum illum diuinis officijs celebrandis pro modulo paupertatis nostra idoneum ar-
que aptum facere curauimus. Ordinatisque clericis, qui inibi assidue & excubias du-
cerent, ac diuinis laudibus dicendis curam solerter impenderent, ipsi non solum no-
stra sponte, sed etiam regali diplomate, quod nobis in via obuiam venerat, euocati.
Domino iter nostrum prosperante, ad palatium sumus cum magna exultatione re-
gressi.

LIBER

**Puer miser
contractus
reualescit.**

Cap. 18.

TRansactis admodum paucis, postquam ad comitatum venerā, die Cap. I.
bus, ego secundū consuetudinē aulicorum maturius surgens, primo
mane palatium petui. Ibi cū ingressus, Hildoinum cuius libro supe-
riorē mentionem feci, ante fores regij cubiculi sedentē, atq; egressū
principis opperientē inueniēt, ex more salutatū surgere, atque ad
quandam fenestrā, de qua in inferiora Palati prospectus erat, meū
accedere rogau. Ad quā pariter stando incubentes, de translatio-
ne sanctorum martyrum Marcellini & Petri, necnon & de miraculo, quod in fluxu
cruoris, quo loculum eorum septem diebus sudasse commemorau, ostensum est, mi-
rando multa sumus locuti. Cumq; ad id loci sermocinādo venissimus, vt etiam de ve-
stimentis, quae cū corporibus eorum inuenta sunt, mentio fieret, atq; ego mira sub-
tilitatis vestem B. Marcellini fuisse dicerem, ille velut, qui rem æquā vt ego notam ha-
beret, vera me de vestibus dixisse respondit. Hic ego stupefactus atq; admirans, percon-
tarī coepi, vnde illi hāc vestimentorum, quæ nunquam viderat, notia cōtingere po-
tuisset. At ille me intuitus, paululūm siluit: ac deinde, Satius, inquit, esse arbitror, vt per
me cognoscas, quod me tacente, tamen per alios celeriter es cognitus! & ego illius
rei sim proditor simplex, quam fortasse alter si prodiderit, nō simpliciter enuntiabit.
Neq; enim potest, quia sic natura cōparatum est, vt hoc quisquā veraciter dicere ne-
queat, cuius nō titiam non per scipsum, sed aliorum relatione fuerit asseditus. Tuē tan-
tum fidei committit, qualiter inde mecum aēturus sis, postquam in eo relatu omnem
rei gesta veritatem agnoueris.

Cui cū me nō aliud aēturus, quād quod inter nos cōueniret, breui sermone respōdis. Cap. 2.
sem? Presbyter, inquit, ille, qui ad deferēdas B. Tiburtij reliquias Romā meo iussu pro-
fectus est, cū id, propter quod illō venerat, ita vt volebat perficere nequiisset, iamque
notarius tuus acceptis, de quibus loquimur, sanctorū martyrum reliquijs domū redi-
re statuisset, in ijt. cum illo consiliū, vt illo Roma paululūm moras faciēt, ipse cum Iu-
nifone fratre Deusdonē & cum hominibus eius, qui illos sacros cineres ferre debebāt,
Papiā vīsq; prēcederet, ibid; illius ac Deusdonā p̄stolaret adūētum. Placuit ambo-
bus ista cōuentio; illisq; Romae substantibus, presbyter cū Junifone ac pueris reliquias
ferentibus. Papiā proficiscitur. Quò cūm esset perūētum, scrinia sacros cineres con-
tinentia in ecclesia tua ponē altare sunt posita, atque ab excubantibus in eadem basili-
ca clericis ac laicis diligenti solertia custodita. Quadam verō nocte, cū & ipse inter ce-
teros ad easdem excubias in ecclesia vigilaret, cōtigit, vt ipse asserit, circa medium fe-
rē noctem, vt obripiente paulatim somno, vniuersi qui intra eandē basilicam vigilan-
digratiā cōuenerant, prater se solū obdormirēt. Tum sibi in mentem venisse, vīsumq;
fuisse nō sine magna quadam causa factum, vt tot hominibus tam subitanus sopor
obrepserit, ratusque sibi oblata occasione vtendum, surrexit atq; accenso lumine, ad
scrinia silenter accessit. Tum filis sigillorum admota cerei flama crematis, scrinia sine
clave celeriter aperuit, ac de vtroq; corpore portionē, quę ei videbatur accipiēs, sigilla
vt erāt integra filorū crematorum summitatibus annectit, nulloq; id factū sentiente,
in loco suo refedit. Post haec sublatas tali furto Sanctorum reliquias, cūm ad me fuisse
reversus detulit, primoq; illas non S. Marcellini vel Petri, sed sancti Tiburtij esse assue-
ravit. Deinde cūm nescio quid vereretur, secretē mecum locutus, quorū Sanctorum es-
tent reliquiae, quoq; modo eas fuisse a deputis, patenter aperuit. Habemus illas apud S. Cultus reli-
quiarum. Medardum in loco celebri honorificē collocatas, vbi ab omni populo cum magna ve-
neratione coluntur, sed vtrūm eas nobis habere licet, in tuo manet arbitrio.

His auditis recordatus sum quid in itinere, quo proximē ad palatium proficisciēbar, à Cap. 3.
quodam hospite meo audierim. Qui inter cetera, quae mecum loquebatur, Nunquid
nō st̄ti, ait, qualis de S. martyribus Marcellino & Petri per hanc regionē fama disperfa-
sit? Cumq; id me nescire responderem, tum ille, Dicunt, inquit, qui de S. Sebastianō ve-
niunt, quod presbyter quidam Hildoini Abbatis, qui vñā cum notario tuo Romā pro- Rumor fal-
fectus est, cūm inde reuerterentur, & in quodam loco cōmuni diuersorio vterentur, sus astu dia-
tus omnibus ebrietate ac somno depresso, & id, q; agebatur penitus ignorantibus, scri-
boli sparsus
nia quibus Sanctorum corpora cōtinebantur, aperiuisset eaq; inde sustulisset, atq; abiēs ss. Marcel-
Hildoino detulisset, & modō apud S. Medardum sint in scrinijs verō tuis parti quid-
dam faci pulueris remansiſſe, quod ad te per notarium tuum perlatum sit. Horum
reminiscens, eaque cum his, quę ab Hildoino dicebantur, conferens, nō modica men-
tis perturbatione commotus sum, ob hoc præcipue, quia nondum inuentū habebam

Yy 3 consi.

consilium, quo illam execrabilem atq; astutia diaboli vbiq; diuulgatam famam extin-
guere, ac de cordibus decepta multitudinis depellere potuisse. Illud tamen optimū
iudicauit, ut Hildoinum rogarem id ipsum mihi reddere, quod de meis scribiis subla-
tum, & ad se delatum atque à se receptum post illam spontaneam confessionem ne-
gare non poterat. Quod etiam quanta potui instantia facere curauit? & licet ille paulo
durior ac difficilior, quam optaueram, in assensione fuisse, vietus tamen est sedulitate
precum mearum, cessitq; improbitati meæ, qui se paulo antè nullius iussioni, in hac
præfertim causa, cesserum pronuntiauerat.

Cap. 4.

Interea missis ad Ratleicum & Iunisonem literis (Erant enim in eo loco, vbi marty-
rum corpora collocaui) qualis per totam penè Galliam de ijsdem sanctis martyribus
fama esset, eis indicare curauit: commonefaciens eos, ut cogitarent si aliquid tale vel
simile his, quæ Hildoinus de facto presbyteri sui assertebat, in via eorum aduertere vel
reminisci potuissent. Qui statim ad me in palatium venientes, validè disparem his, quæ
Hildoinus dicebat, fabulam detulerunt. Nam in primis omnia, quæ presbyter ille Hil-
doino retulerat, falsa esse testati sunt, neque villam posteaquam Roma exierunt, vel illi
presbytero vel cuilibet alteri datā fuisse occasionem, per quam ad eiusmodi facinus
perpetrandum aditum habere potuisse. Sed hoc ipsum, quod de sacris martyrum ci-
neribus aliter atque debuerat accidisse constabat, Roma in domo Deusdonæ per au-
ritiam Iunisonis & vafritiam memorati presbyteri contigisse: eo videlicet tempore,
quo corpus beati Marcellini de tumba sua sublatum, in domo Deusdonæ seruabatur:
modumq; facti talem fuisse dixerunt. Memoratus ille Hildoini presbyter spe, quam
de S. Tiburtij corpore adipiscendo cōceperat, frustratus, ne omnino vacuus ad domi-
num suum reuenteretur, quod fide non poterat, fraude asequi molitus est. Nam luni-
sonem aggressus, quia pauperem ac proinde cupidum esse cognoverat, oblatis ei qua-
tuor aureis nummis, quinisq; argenti solidis, ad prōditionem faciendam illexit. Acci-
piens enim oblatā pecuniam, arcām in qua corpus beati Marcellini erat à Deusdonā
depositum atq; inclusum aperuit, & illi nequissimo nebuloni auferendi ex ea, quod
veller, qualem ipse optauerat potestatem fecit. Nec ille in ea rapina parcus fuit: nam
tantum de sacrīs beati martyris cineribus sustulit, quantum vas sextarij mensuram ha-
bens capere posse videbatur. Hoc eo modo factum esse, ipse qui id cū memorato pre-
bytero machinatus est Luniso, pedibus meis prouolutus flendo testatus est. Tum ego
rei veritate comperta Ratleicum ac Iunisonem eo vnde venerant redire præcepī.

Cap. 5.

* diaconus

Nota quāti
olim fece-
rint sacras
reliquias
etiam viri
graues.

Ac deinde cum Hildoino locutus, conventione inter nos facta, quando sacra mihi
reliquiae redderentur, duos clericos de domo nostra, Hiltfridum videlicet ac Filimaru
(Alter presbyter, alter * subdiaconus erat) ad recipiēdas eas Augustam Suevorum per-
gere iussi: mittens per eosdem ad locum, de quo eadem reliquiae auferenda erant, be-
nedictionis gratia nummos aureos numero centum. Qui vbi ad monasterium S. Me-
dardi in die Palmarum venissent, per triduum ibi morati sunt, & recepto illo, propter
quem missi fuerant, incomparabili thesauro, comitantibus secum duobus ex eodem
monasterio fratribus, quanta potuerunt celeritate ad palatium reuersi sunt. Reliqui-
as tamen non mihi, sed Hildoino detulerunt. Quas ille recipiens, in oratorio domus
sua fecit custodiri, vsque dum transactis Paschalis festi occupationibus vacuum tem-
pus haberet, quo mihi id, quod reddendum erat, priusquam redderet ostendere potu-
isset. Completisq; post sanctum Pascha octo vel eo amplius diebus, cū rex venandis gra-
tia de palatio fuisse egressus, Hildoinus secundum quod inter nos cōuenerat, memo-
ratis reliquijs de oratorio suo, vbi seruabantur, sublati atq; basilice sancte Dei geni-
tricis illatis, altariq; superpositis, me vt eas susciperem fecit acciri. Tum capsam, in qua
reliquiae continabantur, aperiens, ostendit mihi vt viderem quid esset, quod & ille red-
deret, & quod ego recipierem. Exim sublatam de altari eandē capsam manibus meis
imposuit, dataq; oratione competenti, præcentoris etiam officio functus, antiphonā
laudi martyrum conuenientem clericis ad psallendum paratis imposuit, nosque cum
illo in astimabili thesauro recedentes, vsque ad ostium basilica concinendo prosecu-
tus est. Processimus inde paulatim cum crucibus & cereis, laudantes Domini miseri-
cordiam, vsq; ad oratorium, quod erat in domo nostra vili opere constructum, eique
quia aliud ibi non habebatur, illas sacras reliquias intulimus.

Cap. 6.

Nota de o-
dore miri-
co lacrarū
reliquiarū.

In astimabili
lis reliquia-
rum thesa-
rus.

In illa vero processione nostra, quā de basilica vsq; ad oratoriū nostrum nos fecisse
dixi, quid miraculi acciderit, censeo non esse tacendum. Egredientibus enim nobis de
ecclesia, laudemque Domino Deo nostro excelsa voce canentibus, tanta vis suauit
suum odoris eam partem vici Aquensis, quæ ab ecclesia ad Occidentem respicit, to-
tam

eam impleuit, ut illa fragrantia penè omnes eiusdem partis habitatores, itemque vniuersi, qui pro quibuslibet causis atq; negotijs eadem in parte fuerant constituti, ita diuinatus cōmouerentur, ut omisssis que in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo primò ad ecclesiam, deinde quasi per vestigium ad oratorium nostrum, in quod illas reliquias illatas esse audierant, sum mōperē festinarēt. Fit immodus intrasēpta nostra exultatōis simul atq; admirantis populi concursus: & cū magna pars eorum, qui confluxerant, id quod agebatur qd eset ignoraret, gaudio tamē & exultatione replete, Dei omnipotētis misericordiā collaudabant. Postq autem fama crebrescēte diuulgatū est, reliquias S. Marcellini martyris in eū locum esse delatas, non solū de eodē vico Aquensi, & vicinis atq; adiacentibus villis, verū etiam de longinquierib; locis ac pagis adeò frequens atq; immanis multitudo congregata est, ut nobis ad officiū in codem oratorium celebrandum, pter vespertinas horas atq; nocturnas, haud facili pateret introitus. Adducebantur vndiq; debiles, & varij affecti languorib; circa oratorium parietes à propinquuis suis atq; amicis collocantur. Videres ibi penè omnia in firmatum genera per virtutem Christi Domini, & per meritū beatissimi martyris in omni sexu & atate curari. Cæcis visus, claudis incessus, furdis auditus, mutis sermo redit, paralytici etiam & qui totius corporis viribus desituti, alienis manibus apporta quias.

Hæc vbi ad regias aures relatione Hildoini plata sunt, statuit primò, ut ad palatiū re. Cap. 7.
gressus, oratoriū nostrū in quo hæc siebant, martyrem venerabūdus accederet, sed ne id ficeret, eodem Hildoino suggestente prohibitus, ad maiorem basilicā reliquias de. Ludouici Imperat. de
ferri præcepit, ibi, delatas, humili supplicatione veneratus est, celebratisq; Missarū sō uotio erga lennijs, obulit beatis martyrib; Marcellino & Petro quoddam prædiolum, situm iu. cras S. Marcellini reliquias.
cta fluuium Aram, vocabulo Ludolustropf, habens mansos quindecim, & vinearū aripennes nouem. Obtulit & regina cingulum suū, ex auro & gemmis factum, pensans libras tres. Quib; expletis, relata sunt reliquiae ad locū suū, in oratorium videlicet nostrum, fueruntq; ibi dieb; quadraginta vel eo amplius, vsq; dum Imperator palatio egregiens, venandi gratia solenni more sylvas peteret. Quo facto, & nos cōparatis, que ad profecitionē nostrā necessaria videbantur, cum eisdem reliquijs de vico Aquensi promouimus. In ipso aut̄ nostra egressionis articulo, cū Missarum solennia celebra rentur, anus quædam in palatio notissima, annorum circiter octoginta, neruorum cō tractio, in spectu nostro curata est. Quæ, vt ipsa narrante didicimus, p. an. fit fana.
quinquaginta annos hoc morbo detenta, more quadrupedum genibus manibusq; nito tendo officium ambulandi reprando impleuerat.

Inde iter ingressi, suffragantib; Sanctorū meritis, sextodecimo die Mulinheimū vici, Cap. 8.
in quo sacros beatorū martyrum cineres ad comitatu, pfecturi dimisi, Domino adiuvante puenimus. In quo itinere quantum gaudij, quantumq; latitiae de illarū aduentu reliquiarum populis in eadē via consistentib; accesserit, neq; mihi silentum est, nec tamē ita fuit, plenē dici atq; enunciari potest. Dicēdum tamē est, he res ad Dei laudem maximē pertinens, quasi per desidīa silentio suppressa videatur. Ac primum quidem gestit animus id referre, qd palatio egressi, in multorum pfectu nos vidisse reminisci mur. Vurmius dicitur fluuiol, duob; ferē passuum millibus ab Aquensi palatio distāte habens pontē. Ad quem venientes, propter multitudinem, quæ nos eosq; de palatio prosequebatur, iamq; redire volebat, vt orandilocus haberet, parumper cōfitemi. Libig dam de orantib; cum alio ad reliquias accedens, sociumq; respiciēs. Propter amo. Res sancte memorabili.
ritatis testis, & vltor in eum, qui hanc pacem prior irrumpere tētauerit. Hic illa turba, scorum de. lis.
que nobiscum de palatio fuerat egressa, adoratis atque osculatis sacrī reliquijs, cum multis lachrymis, quas præ nimio gaudio continere non poterat, domum reuertitur? alia multitudine, quæ ibi nobis obuiavit, nos comitante atque Kyrie eleison sine intermissione cantante, vsque ad eum locum, in quo simili modo ab alijs occurrentibus excipiebamur. Quæ tunc similiter, vt prior, supplicatione facta ad sua reuersa est. Hoc modo p singulos dies à prima luce vsq; ad vesperā comitatib; ac Domino Chri. Cap. 9.
sto laudē dicētib; populorū turbis ab Aquensi palatio vsq; ad memoratū Mulinheim

vicum, Domino iter nostrum prosperante, peruenimus. Atq; ibi illas reliquias sup al tare, ponè quod loculus sacros martyrum cineres continēs positus erat, gēmata capsa reconditas collocauiimus? fueruntq; ibi sic posita, vsq; dum nos mensē Nouēbrio ad palatium ire parātes, per reuelationē admoniti sumus, ne priūs de illo loco proficisce remur, quām eas corpori, de quo sumptē erant, coniūgerem⁹. Qualiter aut̄ reuelatum fuit, vt hoc fieri deberet, non est silentio transeundum⁹, q; a nō solum somnio, vt fieri solet, sed etiā signis quibusdam ac terroribus ad vigilantium curā ptinentibus, osten sum est beatos martyres omnimodis voluisse, vt in hac re iussio illorum fuisset adimplēta. Erat vnum de clericis, q; ad excubias basilicae deputati fuerunt, nomine Landol phus, cui tunc signi tangendi cura commissa fuerat, habens stratum suum iuxta austra lē basilicæ ianuā. Qui cū secundūm consuetudinē nocturni ac matutinalis offici⁹, lenni more surgeret, signumq; moueret, completoq; ante lucē eodē officio, rursum dormire vellet, clausis ecclesiæ forib⁹, corā sanctis martyrum cinerib⁹ supplicandi gratia se prostrauit. Ibi cūm psalmum quinquagesimum, vt ipse asserit, dicere inciperet, audiuuit iuxta se in paumento velut sonitum pedū hominis, huc atq; illuc ibidē deam bulatīs. Consternatusq; pauore nō minimo, erexit se paululum in genua⁹, & in omnē partem circūspicere coepit; astimans aliquem de patiperib⁹, clausis ecclesiæ ianuis, in quolibet angulo delituisse. Cumq; nullum alium, q; se solum intra parietes basilice es se cerneret, iterum se ad orationem inclinavit, ac psalmū quē priūs inchoauerat, repetiuit, sed antequam vnum eius versum complere potuisset, capsula qua altari imposita sacras beati Marcellini reliquias continebat, repentina crepitu tam vehementer insonuit, vt quasi malleo percussa dissiluisse putaretur. Duo quoque ostia basilice, q; iam clausa erant, occidentale videlicet atq; australē, velut aliquo pulsante, atque impellente, simili modo sonuerunt.

Cap. 10.

Vissocius
dam.

Quibus exterritus ac stupefactus, cūm quid sibi agendum esset penitus ignoraret, fugit ab altari, & in lectum suum se pavitando proiecit. Subitoq; sopore deprestus, vidit sibi quendā ignoti vultus virum assisterē, qui se talibus verbis compellaret; Certumne est, ait, Einhardum sic ad palatium properare velle, vt reliquias S. Marcellini, quas huc detulit, priūs in locum de quo sublata fuerant, non reponat. Cūm ille se huius rei ignorantē esse respondisset, Surge, inquit, primo diluculo, eiq; ex autoritate martyrum principē, ne hinc abire vel alicubi pergere p̄sumat, anteq; reliquias illas loco suo restituit. Expergefactus surrexit, & vbi me primum conuenire potuit, hoc q; sibi fuerat imperatum, mihi intimare curauit. Sed neq; ego segniter in huiuscemodi negotio aliquid agere dum arbitratus, imò id q; iubebatur, sine vlla morarum interpositione adimplendum esse iudicās, ipsa quidē die ea, q; ad hoc necessaria videbantur, p̄parare iussi. Sequēti vero sacras illas reliquias corpori, de quo sumptē fuerant, cum summa diligentia sociale curauit. Quod factum quām gratum beatissimis martyribus foret, attestatione miraculi subsequentis liquidō cōprobatur. Nam proxima nocte cūm ad matutinum officium in basilica solenniter federemus, enex quidam gressuum officio destitutus, genibusq; ac manibus nitens reprando ad orationem intravit. Is coram omnibus nobis p̄ virtutē Dei, & merita beatissimorū martyrum eadem, quā ingressus est, hora ita pfecte curauit, vt ad incedendum ne baculi quidem sustentatione vterio indigeret. Qui etiam surdus se per continuū quinquennium fuisse, simulq; cum officio pedum auditū sibi redditum affirmabat. His ita peractis, ad comitatum, sicut superius me facere voluisse retulit, ibidem hymnaturis multa mēcum reputando profectus sum.

LIBER TERTIVS.

Prefatio Authoris.

Scripturus virtutes atq; miracula, quæ beatissimi martyres Christi Marcellinus & Petrus, postquām, eorum sacratissima corpora de Roma in Franciam delata sunt, per diuersa loca fecerunt, imò quæ per illorum beata merita & pias orationes ipse rex martyrum Deus & Dominus noster Iesus Christus ad salutem hominum operari dignat⁹ est, necessarium iudicauit breui p̄ficatione p̄stringere, p̄ ex his q; scribere disposui, maior pars ad notitiā meā aliorum relatione plāta est; quib⁹ tamē vt fidem haberē, ex his q; ipse vidi & corā posita agnoui, tam firmiter mihi persua sum est, vt sine vlo dubitationis scrupulo vera esse crederem⁹, q; ab his dicebantur, q; se illa vidisse testati sunt tametsi personarum, à quib⁹ hæc audieram, aut parvā, aut nullā eatenū notitiam haberem⁹. Cæterū de his omnib⁹ ea primū scribenda videntur, q; in eo loco gesta, & à meipso visa sunt, ad quem siuos sacratissimos cineres ijē beatissimi martyres transferri præcepereunt. Deinde illa, quæ in Aquensi palatio sub ipsi aucti-

Gemmata
capsa reli-
quiarum,Martyr in-
dicat se vel-
le suas reli-
quias con-
iungit.Surdus &
claudus se
nex resti-
tuitur.

DE SS. MARTYRIB. MARCELLINO ET PETRO.

537

aulicorum obtutibus facta memorantur. Tum ea quæ per diuersa loca, ad quæ religio sis viris potentibꝫ ac me tribuente, sacræ illorum reliquæ delatae sunt, gesta referuntur, censui esse ponēda, vt hoc ordine in relatione seruato, nihil remaneat ex omnibus signis atq; miraculis, quæ ad nostræ paruitatis notitiam peruenire potuerunt. Sed iam nunc præfatione completa, ipsa quæ dicenda sunt, miracula proferamus.

Postquam sacra beatissimorum martyrum corpora, sicut iam in su Cap. I.
perioribus demonstratum est, ipsi iubentibꝫ & nobis morē gerentibus ad locum, in quo nunc requiescunt, cum ingenti fidelium populorum exultatiōe plata, & celebratis in capo Missarum solēnijs, manibꝫ sacerdotū, quorūbi tunc nō parvus numerus erat cōgregatus, in basilicā deportata sunt, ferentibꝫ quo vehebātur iuxta altare postitu est, & iterum aliud officium ibidē celebrati cōceptū, subito qui tam adolescentis renū dissolutione affect⁹, atq; ideo curuus ac baculis innitēs, de media circūstantis populi multitudine prupit, seq; ad adorādum inclinare cupiens, in genua procubuit, sed mirum in modum velut aliquo se reuellente, vel potius retrahente, su pinus cecidit, similiq; dormienti diutissime iacuit. Tum quasi enigilans, in sessum sē erexit, ac deinde post paululum, nullo adminiculante surrexit, stansque in medio cir. contractus cūfusæ multitudinis, vñā cum ceteris de recepta sanitate gratias agendo, Dei miseri curatur. cordiam collaudauit. Hic se de pago Portiano cum alijs pauperibus ac peregrinis illuc venisse, Danielemque vocari nobis percontantibus indicauit. Eadem fere hora, eodemq; vt ita dicam, momento, quo is, de quo nunc diximus, intra ecclesiam & corā ipso altari per virtutem Christi & intercessionem martyrum sanitatem est cōsecut⁹, mulier quādam paralytica, & penè omnium membrorum officio destituta, pro foribꝫ ecclesiæ iacentis, in auxilio sui sanctos martyres inuocauit, & mox cunctis cernen tibus, qui circa steterant, cœpit commotis visceribꝫ velut naufragiū concurti, ac deinde magnā vim phlegmatis ac bilis vomēdo projicere. Quo factō, paulū aquæ frigi dæ sumens, de loco in quo iacebat, se leuari rogauit, & baculo nitens basilicam introiuit, adoratisq; martyribus ac recepto membrorum vigore, ad propria repedauit.

Interea quidam homo Vuillibertus nomine, haud longe à basilica, in qua nunc beatorum martyrum corpora req̄escunt, domum habens, inter ceteros, qui ad veneratio Cap. II.
nem Sanctis exhibendā conuenerant, ad feretrum accessit, & quasi pro dono quadraginta denarios obtulit. Qui cùm à nobis fuisse interrogatus quis esset, quidq; sibi vellet huiusc muneris oblatio, retulit se ante paucos dies, grauissimo languore correptum, ad extrema fuisse perductum, adeò vt ab omnibus, qui se viderant, desperatus admoneretur, vt omnes facultates suas pro remedio animæ sua celeriter erogaret, seq; ita fecisse. Iamque omnibus quæ habebat, ad quæ pia loca danda forent dispositis, vnuim ex seruis suis cum ingenti gemitu fuisse conquestum, quod perperam ac valde negligenter ab eis factum esset in eo, quod nihil de bonis eius Sanctis nuper de Rōma venientibus datum esset. Tum se circūstantes interrogasse, si aliquid de rebus suis superesse scirent, quod ad martyres mitti potuisset. Erant * enim adhuc in Michilun stat, & nondum aliquibus signis inclaruerat, quod inde migrare deberent. Tum quendam respondisse, quoniam de omnibus rebus eius vñstantūm porcus remansisset, & non esse deputatum, quod dari deberet. Tunc sibi complacuisse, sequē præcepisse, vt venundaretur, & post obitum suum pretium illud ad martyrū luminaria mit teretur. Quibus verbis expletis, tam subitam se afferit sensisse medelam, vt pro Mira cura. tinū omni dolore fugato, etiam edendi desiderium habuerit, ciboque sumpto in. tio hominis tantum breui confortatus sit, vt in crastinum ad omne opus, quod rei familiaris ne. īā desperari, cessitas postulasset, procurandum vel faciendum percommode ire potuisset. Post post votum hoc porcum illum fuisse venditum, & hoc esse pretium eius, quod ex voto beatis martyribus nuncupatū tyribus offerebat.

Reliquas virtutes atq; miracula, quæ per eos Dominus ad salutem hominum ope. Cap. 3.
ratus est, quoniā quo ordine dicantur nihil referre video, ita vt memoriæ occurrerint, censui describenda, quia in earum relatiōe magis quid & quare, quam quādo aliquid gestum sit, considerandum est. Collocatis igitur in eadem basilica more solenni beatorum martyrum reliquijs, cùm secundūm ecclesiasticā institutionis consuetudinem sacra Missarū solēnia quotidie celebrarentur, cōtigit vt quadā die, cū diuina res agetur, & nos in superioribꝫ eiusdem ecclesiæ locis constituti, super subiectū atq; in inferioribus constitutū populum intenderemus, clericus quidam seminudus q; inter ceteros ad idem

ad idem officium venerat, atque in media multitudine consistebat, tam graui ruina subito collapsus est, ut mortuo similis in paumento diutissime iacuisse. Quem cum stercentem aliqui ex circumstantibus leuare atq; erigere conarentur, tanta vis sanguinis ex ore & naribus erupit, ut tota anterior pars corporis, id est, pectus & venter, & viscera vestem, qua inguina tegabantur, hac esset exuberatione perfusa. Qui cum allata aqua fuisse refocillatus, resumptis viribus clare locutus est. Nam postmodum a nobis interrogatus, testatus est se ab infantia sua usque in praesens neque audire aliquid, nec loqui potuisse. Patriam sibi esse Britanniam, se natione Angulum, matrem suam visitan di gratia, quae Roma peregrinaretur, iter arripuisse, atque ita inter ceteros peregrinos, qui una Romanum ire solebant, in illum locum peruenisse, sed socijs suis abeuntibus se substituisse, ipsumque diem, quo sanus factus est, septimum esse ex quo in locum illum venierat. Cumque ab eo nomen eius quereremus, respondit se nomine suum penitus ignorare, pro eo, quod ex eo tempore, quo obscuruitur, nunquam nomen suum audierit.

Cap. 4.

Exinde post aliquot dies, cum more solemni ad vespertinum officium in ecclesia fuisse congregati, puella quadam surda & muta, quam de pago Biturigum pater eius ac frater salutem querendi gratia per multa Sanctorum loca traientes, tandem illuc perduerat inter ceteros in eadem ecclesia stare fecerunt, subito velut insania quadam exactata, tabulas, quarum crepitum ad eleemosynam petendam vibrabatur, quanta potuit virtute concutit, atque in populum ante se constitutum, furibunda proiecit. Tum ad sinistrum ecclesiae parietem accurrens, velut in eundem ascensura, tritum vel eo amplius pendulum saltu in altum dato, supina corruit, & cum ibi paululum mortuo potiusque dormienti similiior iacuisse, atque eruptione sanguinis, qui ex ore ac naribus nimis profusebat, esset penitus tota respersa, a circumstantibus sublata, atque in medium basilicam deportata est. Cumque & ibi aliquandiu iacuisse, velut de graui somno experrecta resedebat, deinde manus his qui astiterant porrigit, ut in pedes erigeretur quibus poterat nutibus oravit. Erepta ad altare deducitur, ubi cum Ratleicu[m] inter alios clericos, qui iuxta altare co[n]stituerat, stantem ac se respicientem cerneret, protinus in hec verba prorupit: Tu es, inquit, Ratleicus? tu, ait, hoc nomine vocaris. tu es seruus horum sanctorum. Quam cum ille percōtaretur unde hoc scissem, vel quisei nomen suum indicas? Sancti, inquit, isti, qui hic requiescant, quando velut dormiens iacui, accesserunt ad me, & miserunt digitos suos in auriculas meas, dixeruntque mihi: Cum surrexeris, & ad altare accesseris, Sanctorum illi iuuenis, quem coram te assisteret, ac te intendere videris, scito quod ille Ratna surda & leicus vocatur, & ille seruus noster est, nam ipse est, qui ad hunc locum corpora nostra defulit. muta sanat. Et reuerata ita erat. Siquidem ipse erat, quem propter sanctorum reliquias a quadam Diacono recipiendas, nobisque deferendas Romanam nos misisse in primo libro memorauimus. Et haec quidem hoc modo coram nobis per virtutem beatissimorum martyrum depulso in infirmitatis spiritu, integrissimam corporis sui sanitatem est consecuta: quam pater ac frater qui eam illa deduxerunt, a tempore nativitatis sue surdam & mutam semper fuisse testati sunt.

Cap. 5.

Miraculum autem, quod nunc narraturus sum, ego ipse non vidi, sed verbis eorum, quorum hoc relatione mihi compertum est, non minus quam propriis oculis credere possum. Ideoque non ut auditum, sed potius ut a meipso visum, incunctanter, ac sine villa dubitatione proferre decreui. Mercatores quidam de ciuitate Moguntiaca, qui frumentum in superioribus Germanie partibus emere, ac per flumum Mœnum ad urbem deuehore solebant, ex quo quendam natione Aquitanum, nomine Albricum, mercedis a Deo promerita gratia nauis sua impositum, sicut ipse petiuerat, ad basilicam beatorum martyrum deduxerunt. Qui cum ibi egressus, atque in domo custodis ecclesiae esset hospitio receptus, se prius vel eo amplius dies ibide moratus est. Habebat enim præter cæxitatem, que ei propter quod oculis carebat, & naturalis iam esse videbatur, horribilis ac foeda tortus corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorum, in genere tremor, que eundem tam graui quietiebat in modo, ut propriis manibus cibum ori suo porrigit, patitur non valeret. Is cum die quadam horis antemeridianis in hospitio iacens obdormisset, vidit per soporem quandam sibi assentem, sequentem monentem ut citio surgeret, atque ad ecclesiastinaret tempus dicens aduenisse, quo de illa miserabilis passione per virtutem sanctorum libera debaret. Expergefactus, atque ad ecclesiastici ductus, pro foribus in quodam lapide confudit. Agebatur tunc in ecclesia more solemni diuinum officium, & expletis orationibusque sacram Euangelij lectiōnem præcedere solent, ipsum legi coepit est. Cuius cum vix duo versus fuissent legendo cōpletū, ecce repente velut vim patiens, tremulos ille vociferatus est, dicens: Aduua me, sancte Marcelline. Quo clamore tametsi omnes,

Visus hominis miserabilis.

qui

qui in ecclesia erant, haud parua forent perturbatione commoti, maiore tamen parte propter reuerentia euangelicæ lectionis in loco remanente, plures ad videndum quænam cauſa huiusce clamoris existeret accurrerunt. & vt postea testati sunt, inuenierunt eundem in eo, quo confederat loco, extento ac resupinato corpore iacentem, mentumq; ac pectus cruro ex naribus profluente inundatum. Qui cum ab eis creatus, & paululum aquæ frigidæ sumens fuisset recreatus, retulit sibi visum fuisse tunc, cum illam vocem emiserat, quod aliquis eum pugno in ceruicem percuilisset, atq; ideò beati martyris auxiliū implorasset. Ceterum hunc istum tā salutarem ei fuisse constat, vt ex illo tempore Redditur ei in columnas à S. Marcellino.

ris momento nullum illius fœdæ agitationis vestigium in eius corpore vterius appareret. Is postea p duos ferè annos in eodem loco māsit, & vt ipse testatus est, nulla nox in hoc biennio fuit, in qua p somnium eosdem, qui eum saluum fecerunt, martyres nō vidisset, multa quoq; ab eis audisset, quæ alij dicere iubebatur: ex quibus pleraq; nunc impleri cernimus, quæ ille tunc futura esse prædicta.

Post paucos dies vidimus & alium quandam simili morbo implicitum, in eadem ba Cap. 6. silica per corundem sanctorum merita non dissimili modo curatum. Nam quadam nocte cū ad matutinum officium celebrandum, & diuinæ legis lectiones audiendas in ecclesia sedemus, intrauit quidam habitu clericali, trementib; mēbris, baculoq; nitens, titubatia vestigia ægræ gubernabat. Cumq; se iuxta parietē ad orādum inclinaret, ingenti voce emissa, repentina casu cernuus ruit, ac parua temporis mora interposita, Sanitas restituta ab eo quo tenetbatur incōmodo sanus surrexit. Is, cū ab eo quærerem, si aliud aliquid alteri mortis præter quod nos omnes videre potuimus, sibi visum fuisset ea hora, qua salutē est con bido. secutus dixit se paulò antè, quām basilicā fuisset ingressus, ad ecclesiam veterem, quæ Occidentem versus à noua basilica, in qua martyres tunc quiescebant, paruo spatio distabat, orandi gratia venisse, & cū eā clausam offendisset, pro foribus orasse. Deinde cū se erexit, & ad ecclesiam ire coepisset, viduisse quandam clericum veneranda ca Visio eius nitie, stola alba indutum, eō quō & ipse ire volebat se præcedente. Quem, vt ipse asserit, secutus est vsq; ad ostium basilicæ: quod cū ambo venissent, is qui præcedebat subfuit, sinistro posti se applicans, quasi vellet vt ille prius ingredetur, quem ipse paulò antè præcesserat, cunctantiq; vt ante se intraret, annundo imperauit. Qui cū intrasset, & ad orādum se inclinasset, post tergum eius stetit, & eum pugno in ceruicem percuilisset atque prostrauit, & confessim euanuit. Quem tamen nemo alias, nisi solus ille qui sanatus est, videre potuit.

Sub idem ferè tempus, cū quadam nocte surgentes, ad ecclesiam iremus, inuenimus pro foribus ecclesia quandam puerū in portico iacentem, adeò miserabiliter contractū vt mento genua iungentur. Qui unum ex his, qui nos sequebantur, rogauit vt se in ecclesiam deportaret, & ille misericordia motus sufluit eum, & in ecclesia iuxta cancellos iacere fecit. Qui cōfestim irruente sopore, ubi iacuit obdormiuit, nec prius euigilauit plenē, quām de illa miserabili contractione per suffragia Sanctorum ita recualescit, perfectè sanatus est, vt euigilans per se de loco, in quem alio portante delatus est, surgeret, atque ad altare Deo gratias acturus accederet. Is tamen ubi dies illuxit, & nos cum eo loqui potuimus, retulit se tribus vicibus, prius quā signum ecclesiæ sonuisse, à quodam sibi ignoto clero excitatum, atque admonitum, vt nequaquam prætermitteret, quin tempore matutini officij in ecclesiam veniret. Se quoque ita fecisse, ac postea, sic ut nos vidimus, in ecclesia dormientem integrum sui corporis sanitatem recepisse. Et hic quidem annorum circiter quindecim esse videbatur.

Alij itidē vidim⁹, non puerum, vt hic erat, sed valde senē atq; decrepitū, pari morbo Cap. 8. affectum, eodē in loco, simili modo simili in tempore curatum. Quē & ipsum nocte quādā, cū propter matutinū officium celebrandum ad ostium ecclesiæ venissim⁹, in ipso lumen reperim⁹. Qui genib; nitens, duob; se baculis sustenerat, ac licio tardissimo motu ad ingrediendū nos morabatur. Cumq; post tergū ei cōstituti, illā pigrā promotio. Odor sua né pīstolaremur, tanta suauissimi odoris fragrātia de basilica procedens nares nostras uissimus impleuit, vt omnium aromatū ac thymiamati artificiosā cōpositionem sua pīstātia suū sentitur, peraret. Intrauit tādem, & corā nobis iuxta cācellos quasi ad dormiendū procubuit, nos quoq; basilicā ingressi, nostris locis cōstitim⁹, ac simul cū alij psalmos, q dicebātur, solenni more cantauim⁹. At ubi prima lectio recitari copta est, audiuium⁹ eundē senē gemere, & quasi qui vim pateretur, auxilium implorare, ac deinde interiecto parui temporis spatio, vidimus in sessum se erigere, ac protinus baculis, quibus incessum regere Senex con solebat, aīsumptis etiā in pedes constituisse. Et nos quidem hæc vidimus: ipse autē fateba tractus ei⁹ tur sibi visum fuisse, quod se iacentem quasi duo quidem apprehendissent, unus p̄ huū gittur.

metos

meros & brachia, alter per crura & pedes, ac sic trahendo, neruos suos qui contradi-
erant extendissent. Et quia præter hoc contractionis incommodum etiam surdum se
fuisse asserebat, dixit sibi cùm sessum fuisset erectus, velut i&t pugni validissimè feri-
tis in caput superuenisse, vocemq; simul vt in futurum audiret imperatis audisse. Hic
senex hoc modo sanatus, de pago Helvetiorum qui nunc Aragouin vocatur, se ve-
nisse, & natione Alamannum esse testatus est.

Cap. 9.

Alius autem simili modo neruorum contractione debilitatus, qui se de vico Leodi-
co, vbi S. Lambertus corpore requiebat, venisse dicebat, quadam Dominica nocte
post peractum matutinale officium nobis iam de ecclesia regressis, cùm proper eos,
qui de longè venerant, & ad sua redire festinabant, hostiæ salutaris sacramenta prelby-
ter ex more celebraret, coram omnibus qui aderant in paumentum cecidit, ibi q; par-
uo temporis spatio velut soporatus iacuit. Dein quasi de somno expergefactus, nem-
ne se subleuant surrexit. Cumq; unus ex circumstantibus baculos, quibus ante ut so-
lebat, & cùm caderet, de manibus eius elapsi proculiacebant, sumeret, eique porrige-
ret, renuit dicens: Absit à me, vt eos ulterius attingam. Sed & iste ad hunc modum cu-
ratus, in patriam repedauit, de qua reptando potius quam incedendo, ad martyrum li-
mina peruenierat.

Cap. 10.

Nec multò post, cùm ego mense Nouembrio secundum cōsuetudinem in palatio
hyematurus, ad comitatum ire disponerem, iamq; iter ingressus, transmisso flumine
Rheno, in villam regiam, cui Sinciacus vocabulum est, ad manendum, venire, & post
œnam, qua aliquam noctis partem occupauerat, in cubiculi secretum, vbi quieturus
eram, cum familiaribus meis me recepissim, minister qui potum nobis porrigere so-
lebat, quasi noui aliquid nuntiaturus festinatè intravit. Quem ego intuitus: Quid tu,
inquam, narrare vis? Nam vt video, habes nescio quid, quod ad nostram vis perferre
notitiam. Tum ille, signa, inquit, duo coram nobis modo facta sunt, quæ vobis indica-
re veni. Cumq; eum quicquid vellet dicere iussisse. Modo, ait, cùm de cena surge-
tes hoc cubiculum intrastis, ego cum socijs meis descendit in cellarium, quod huic ce-
naculo subiectum est. Vbi cùm ceruisia ministris petétabus distribuere cœpissimus, su-
peruenit puer missus à quadam conseruo nostro flasconem ferens, quem sibi imple-
ri flagitabat. Qui cùm esset impletus, perijt vt etiam sibi de eadem ceruisia quantul-
cunq; daretur ad bibendum. Datum est in vase, quod casu vacuum supra cupa, in qua
ceruisia erat, positum fuerat. Sed vbi hoc hausturus ori admouit, cum ingenti admira-
tione vinum hoc, non ceruiasm esse clamauit. Cumq; eum is, qui & flasconem imple-
uerat, & id ipsum, quod illi datum fuit, de eodem foramine traxerat, mendacijs cœpil-
set arguere. Sume, inquit, & gustu, & tunc me nō falsum, sed potius verum dixisse pro-
babis. Sumpsit ille atq; gustauit, sibi q; similiter vinum hoc, non ceruiasm sapere tessa-
tus est. Tunc tertius & quartus ceteriq; qui aderant, singillatim gustando, & mirando,
totum quod in vase fuerat, cibaverunt. Quotquot autem inde gustauerunt, meri, non
ceruisia id saporem habuisse testati sunt. Interēa cùm in huius signi admiratione atto-
niti stuperent, contigit vt cereus, cuius lumine ibidem vtebantur, & tunc propter cu-
lam parieti affixus ardebat, nemine cōtingente in madens humore paumentū cade-
ret, atq; ita esset extinctus, vt ne paruissima quidē in eo scintilla remaneret. Quē vn̄ eo
rum arripiens, ad ostium cucurrit, sed horrore tenebrarum permotus, priusq; egre-
deretur, in ipso limine stans, Sancti, inquit, martyres Marcellinus & Petrus nos adiu-
uent. Ad quam inuocationem cereus ille, quem manu tenebat, accensus est. Hac vbi
audiui, confessim Deo omnipotenti, vt par erat, laudem dixi & gratias egī, qui sanctos
suos semper & vbiq; glorificat, & nos famulos suos, qui sacras corum reliquias tunc
nobiscum habebamus, de tantis virtutibus lētificare dignatus est. Illum autem, qui hac
mihi nuntiavit, expleta narratione ad mansiōnem suam secedere iussi. Caterūm cùm
me ad quiescendum in lectulo collocarem, cœpi mecum multa voluendo tractare
aque mirari, quidnam sibi vellet, quidve portendere posset illa ceruisia in vinum, id
est, deterioris potionis in meliorem facta mutatio, aut cur in eo loco, id est, in regia do-
mo, ac non potius in eo, vbi beatorum martyrum, qui hac prodigia per virtutē Chri-
sti fecerunt, sacratissima corpora recondita sunt, huiuscmodi in miraculum euuenisset.
Sed licet ad huius quæstionis certam indaginem longa ac sollicita cogitatione perue-
nire nequirem, certum tamen habui & certum semper habebo, illam diuinam atq; su-
pernam virtutem, per quam hac atque alia huiusmodi miracula fieri creduntur, ni-
hil vñquam sine causa vel facere vel fieri sinere in creaturis, quas ad suam prouiden-
tiā & gubernationem pertinere non dubito.

Igitur

Cereus diu-
nitus accen-
ditur.

Ceruisia
mutata in
vinum.

Igitur inde digressus, sicut superius dixi, ad comitatum perrexii. Nam Imperator ^{Lu Cap. ii.} douicus eo tempore Aquisgrani palatio consistens, conuentum procerum ibi fieri me. Conuentus dia ferè hyeme præceperat. Vbi & ego inter ceteros adesse iussus, quia de vicinia beatum procerum ^{Aquisgrani} torum martyrum abesse cogebar, parum iucundas in palatio moras faciebam. Ideoq; post vnum, ex quo illò veneram, mensem exactum, misi quandam ex nostris, nomine Ellenhardum, præcipiens ei, vt ad limina beatorum martyrum quanta posset celerritate festinaret, visitatisq; fratribus nostris, quos inde digrediens ad diuinum seruitium faciendum ibi dimiseram, atq; omnibus, quae ibidem agerentur, diligenter exploratis, ad nos citò recurreret. Qui cum illuc venisset, tribus ibi mansit diebus. Quarto verò cum iam ad nos reuerti disposeret, cæcus ille, nomine Albricus, cuius in superioribus fecimus mentionem, detinuit abire parantem, affirmans eum non priùs iter suum ingressum, quam tale signum fieri vidisset, cuius relatione me latum atq; oppido gaudemt efficeret. Addidit etiam, beatissimos martyres præter nocte sibi in somnis Sancti martyris apparuisse, atq; hoc in mandatis dedisse, vt perquireret quandam pauperem, nomine Apparitionis Gisalbertum, immani gibbo depresso ac proinde curuū & brevibus baculis innitentem, atq; inuenit in coenaculo, quod supra porticum basilicæ est, tempore matutini officij iuxta reliquias, qua ibi erant, collocaret, eo quod ibi per merita & virtutem Sanctorum, quorum illæ reliquiae essent, de illa gibbi deformitate atq; curuitatis incōmodo liberari deberet. Paruit ille suadentia, atq; iter, quod aggregi parauerat, distulit in crastinum. Ac cæsus ille iussum pauperem perquirens inuenit, & vt sibi præceptum erat, in superioribus ecclesiæ partibus iuxta prædictas reliquias officij matutini tēpore collocauit. Erant autem illæ reliquiae, quod nondum noueramus, beati Marij martyris, Reliquiae & vxoris ac filiorum eius, Marthæ videlicet, Audifacis & Habacuc. Quæ vtique simul Marij, Marthæ, Auditacis & Habacuc mar- sunt, sed is qui eas derulit, cuius essent reliquiae nesciuit. Nam ille, qui eos mihi miserat, promisit se ad me esse venturum, ac nomina Sanctorum, quorum hæ reliquia forent, tyrum. per semetipsum mihi indicaturum, quod postea factum est. Pauper vero, qui iuxta illas à memorato cæco fuerat collocatus, cum secunda lectio ad nocturnū officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non modicum pauporem audientibus incusit. At quem cum nonnulli clericorum vna cum illo, qui hoc ibi opperiri iussus fuerat, accurrissent, inuenerunt eum pronum atque extentum propter altare iacentem; paumentumque quod ori eius subiectum erat, plurimo sanguine madens. Quem levantes, & allata aqua refocillantes, sanum & rectum, neque villa camelina illius tortuosa signa retainente in inferiores ecclesiæ partes gratulabidi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miseram, ad me cum summa festinatione regrescus, cum ea quæ viderat retulisset, magno nos gaudio atque exultatione repleuit.

Nec multò post Ratleicus, qui sacros martyrum cineres, sicut in superioribus demoni strauimus, Roma detulit, vt ipse asserebat, iussus venit, deferens libellum complura capitula continentem. Cuius rationem talem esse retulit, dicens sibi cacum illum, cuius modo fecimus mentionem, ex authoritate martyrum præcepisse, vt ea capitula describeret, mihi que deferret, ac diceret vt ea susciperem, atque Imperatori legenda offerrem. Suscepit ab eo libellum atque perlegit, emendatumq; ac nouiter scriptum Imperatori, vt iussusat, obtuli; & ille quidem suscepit atque perlegit, sed de his, quæ per hunc libellum facere iussus vel admonitus fuerat, per pauca adimplere curauit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum, quidue dimissum sit, alio potius in loco, quam in isto, commemorandum est. Illud tamen non solùm non prætereundum, quin immò aperte ac dilucidè censeo cōscribendum, qualiter reuelatum & iussum sit, vt libellus ille fieri, atque regi dari debuerit, quæ Ratleicus hoc modo contigisse retulit. Ante paucos, inquit, dies cum in ecclesiam ad agendum nocturnum officium ex more conuenissemus, adiit me cæcus ille, quem nōstis, togans vt in partem aliquam secretiorem cum illo secederem. Feci vt volebar, & cum eo cellulam, in qua quiescere solebam, ingressus sum. Tum ille prior, Hac, inquit, nocte paulò antè quam sono signorum excitati surgeremus, apparuit mihi per visum quidam vir canitie venerabilis, veste candida induitus, virginem auream manu tenens, ac iusdam. talibus me verbis compellauit. Vide, inquit, Albrice, vt cuncta quæ tibi dixerat, bene intelligas, eaque adeò tenaci memoria retineas, vt etiam alijs, qui illa scripturi sunt, expondere valeas. Volo enim vt scribantur, & Ludouico Imperatori ad legendum per seniorem vestrum ostendantur. Sunt quippe valde necessaria non so-

lum ad cognoscendum, verum etiam ad faciendum principi, in cuius regnum isti martyres diuina iussione venerunt. Tunc incipiens, duodena vel eo amplius capitula per ordinem pronuntiauit, mihique praecepit, vt tibi & aliis quatuor, quos tibi dicturus sum, illa enumerem atque exponam. Et post hac tu libellum facias, eumque seniori tuo, qui nunc in palatio moratur, deferas, eiique ex martyrum authoritate praecepias, vt eundem quanto celerius possit, Imperatori offerat. Deinde subiungens, Nostine, inquit, quis ego sim, qui tibi ista praecepi? Tum ego nihil haesitans, sanctum Marcellinum eum esse respondi. Et ille, Non ita est, inquit, vt opinaris, sed Gabriel Archangelus ego sum, personamque ac formam Marcellini idcirco assumpsi; quia Dominus Deus omnium rerum atque causarum, ad istos martyres pertinentium, curam mihi commisisti! & nunc yeni, vt haec tibi indicarem, quae scribere praecepi? quoniam diuinæ voluntatis est, vt ea ex authoritate eorum ad notitiam regis sine moratu interpositione perueniant. Tu vero sicut tibi praecepi, primo diluculo post compleatum matutinum officium nuntia quae audisti his, quibus ea nuntiare iussi. Tum ego, Nemo est, inquam, qui credit, quod Angelus mecum locutus sit, aut me ista nuntia remandauerit. Non erit, inquit, ita, sed dabo signum, quod facias coram eis, quo viso, nullam ultra dubitationem habebunt de his, quae ad eos ex mea iussione pertuleris. Proinde volo dicas Ratleico, vt exhibeat tibi duos cereos nouos, qui nondum accensi fuissent: & vnum ex eis dextra, alterum sinistra tenens, sta coram altari: & cum omnia quae tibi praecepi, narrando compleueris, dic eis qui haec audiunt, vt in hoc credant vera & ab Angelo Dei esse mandata, quae dixisti; si hi cerei in manibus tuis fine adhibitione ignis visibilis fuerint videntibus illis illuminati. Quo facto, scriptus est illi bellus, mihique allatus, ac per me regi oblatus, ab illo quoque acceptus atque perles. Qus est. Idcirco visum est mihi, inter cetera miracula libelli huius facere mentionem: quia per occasionem, qua ille scribi iubebatur, contigit illa mirabilis & inusitata eccentricorum accensio, quam per merita beatorum martyrum fieri debere ipse, qui eos illa minuit, Angelus prænuntiauit.

Cap. 13.

Sub idem ferè tempus, cùm Ratleicus à nobis ad basilicam martyrum regressus est, allatus est nobis inde alter libellus, continens verba & ratiocinationem cuiusdam demonis, qui se Vuiggonem nominavit: quae facta est ab eo coram multis testibus ante altare, iuxta quod sacri martyrum cineres repositi sunt, ad interrogationem presbyteri, qui exorcismum super energumenum legerat: quod hoc modo contigisse narratur. Prædium est in pago Nithagonne, vocabulo Hecgstat, pertinentis ad monasterium S. Nazarij: de quo puella quedam annorum circiter sedecim, ab eodem erratico spirito possest, ad basilicam martyrum à parentibus suis adducta est. Quæ cùm ante tumbam sacra corpora continentem venisset, & presbyter super caput eius exorcismum secundum consuetudinem perlegisset, ac deinde demonem qualiter & quando in eam fuisset ingressus percontari coepisset: non barbara lingua, quam solam puella nouerat, sed Romana locutione presbytero respondit. Cumque presbyter miraretur atq; interrogaret, unde illi Latinæ linguae notitia, cùm parentes eius, qui ibi presentes astabant, huiuscmodi sermonem penitus ignorarent. Parentes, inquit, meos nunquam vidiisti. Tum presbyter, Tu ergo, inquit, vnde es, si isti non sunt parentes tui? Et demon per puellam, Ego, ait, sum satelles atq; discipulus satanae, & multo iam tempore apud inferos inanitor fui: sed modò per annos aliquot cum socijs meis vndecim regnum Francorum vastauit, frumentum & vinum, & omnes alias fruges, quæ ad usum hominum de terra nascentur, iuxta quod iussi eramus, enecando delenimus: pecora morbis interficiimus, luem ac pestilentiam in ipsos homines immissimus: omnes quoque aduersitates & cuncta mala, quæ iamdiu pro meritis suis patiuntur, nobis facientes atq; ingerentes eis acciderunt. Hic cùm presbyter ab eo quereret, quanam de causa ei fuisset humilius, modi concessa potestas. Propter malitiam, inquit, populi huius, & multimodas iniquitates eorum, qui super eum constituti sunt: qui munera & non iustitiam diligunt, qui plus hominem quam Deum metunt: qui pauperes opprimunt, viduitas & pupilos ad se vociferantes exaudire nolunt, nulli iustitiam nisi mercantia faciunt. Prater haec sunt & alia multa ac penè innumerabilia, quæ tam ab ipso populo, quam à rectoribus eius quotidie committuntur: vt sunt perjuria, ebrietates, adulteria, homicidia, furtæ, rapina: quæ nemo fieri prohibet, & cùm facta fuerint, non est qui vindicet. Potentiores quicquid, turpibus lucris inferiunt, & loco superiori, quem propter regendos inferiores acceperunt, ad superbiam & inanem gloriam abutuntur: odium & inuidiam non tam inter extraneos, quam inter propinquos & affinitate coniunctos.

Vide cōcio-
natorem de
monem, car-
pentem vi-
tia, quorum
ipse incen-
tor est.

Evidenti si-
gno visio-
nis veritas
comproba-
tur.

Diabolus
per obfesa-
puellæ mul-
ta Latinæ lo-
quitur.

Atos excent amicus amico non credit: frater fratrem odit: pater filium non diligit. Rari sunt, qui fideler ac deuotè decimas dent: rariores, qui elemosynas faciunt. Et hoc ideo, quia quicquid Deo vel pauperibus dare iubentur, id sibi perite arbitratur. Iniquas mensuras & iniusta pondera contra Dei præceptum habere non verentur: fraude se alterutrum circunueniunt, falsa testimonia dicere nō erubescunt. Dies Dominicos ac feriatos non custodiunt: sed in his, ac si in ceteris, prout voluntas eorum tulerit operantur. Propter hanc & alia multa, quæ Deus aut præcepit hominibus ut facerent, aut prohibuit ne facerent, quia populus hic per contumaciam mandatis eius inobediens effectus est, permisit, immò iussi sumus ea facere in rebus humanis, quæ superius enumeraui, ut perfidia sua poenas luant. Sunt enim perfidi atque mendaces, cum hoc seruare non curant, quod in baptismō promiserunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puelæ Latinæ locutus est. Et cum presbyter imperando vrgere coepisset ut exiret, Exibo, Sanctorum potestareco inquit, non propter tuum imperium, sed propter Sanctorum potestatem, qui me in illa diutius manere non permittunt. His dictis, pueram in pavimentum proiecit, atque exire ē puzibila.

ibi aliquantulum velut dormientem prono corpore iacere fecit. Post paululum ve-

rò illo recedente quasi de somno euigilans, per virtutem Christi & merita beatorum

martyrum puella cunctis, qui aderant, cernentibus atque mirantibus sana surrexit, nec

post exactum à se dæmonem Latinæ loqui potuit: ut palam posset intelligi, non illam

per se, sed dæmonem per os eius fuisse locutum. Heu pro dolor ad quantas miseras te-

pores nostra sunt deuolutæ in quibus nō boni homines, sed mali dæmones doctores

sunt: & incertiores vitiorū, ac persuasores criminū, de nostra nos correptione cōmonēt.

Eodem fere tempore sanctimonialis quedam, nomine Marethrudis, de pago Vuc. Cap. 14

tareiba, quæ dira paralysia agritudine per decem annos tam immaniter tenebatur, ut

tanto temporis spatio penè nullo ad humanos visus corporis officio fungeretur: etiā

à parentibus suis erat desperata, quoniam ad omnia Sanctorum loca, ad quæ ipsi poten-

rant peruenire, eandem deduxerant. Sed tandem ab eisdem tunc ad basilicam marty-

rum adducta, & tempore nocturnalī officij iuxta cancellos posita, per merita & in-

tercessionem corundem Sanctorum diu desiderata sanitate sine mora donata est ad.

et integrè atque perfectè, ut omnium membrorum firmitate recepta, quæ illuc lecti

mē reualeca venerat, pedibus ad propria remearet. Sed ubi domum redire coepit, in ipso itinere

scit. eadem, qua liberatam se gaudebat, infirmitate corripitur. Itaque reuersionis sua poe-

nitentiam agens, iterum se ad martyrum limen reduci rogauit. Moxq; ut reducta est,

quam discedendo amiserat, sanitatem sine villa dilatione recepit. Voto igitur facto, ut

sia sponte Sanctorum obsequio iam amplius discedere non deberet, paruam sibi

cellulam haud procul ab ecclesia ad manendum construxit: ac deinceps religiosè co-

versata, in obsequio beatorum martyrum cum magna deuotione permanxit.

Aliam quoq; fœminā constat nō multò post per eosdem beatissimos martyres magno Cap. 15.

incommodo liberatam: quæ res hoc modo gesta esse cognoscitur. In pago Nithagon-

ne fundus est, Virsellæ vocatus, qui à basilica martyrum fex ferè leugaram interuallo

dirimitur. In quo mulier quædam cum manè facto de somno euigilans in lecto suo resi-

deret, & iuxta consuetudinē expurgientium protensione brachiorū & assidua osci-

tatione ad discutiendum marcorē se extenderet, os paulò diductiùs, quam debebat, ape-

rui, disiunctisq; iuxta aures maxillarum coagmentis, hians rictus constitutus immobilis:

nec iam os claudere valens, persona quam homini similior effecta, grauissimas incau-

tæ oscitationis poenas luebat. Hoc ubi mulierculis in eodē fundo habitantibus inno-

tuit, accurrunt, herbisq; & friuolis incantationibus male habeti succurrere moluntur.

Sed non habuit effectu vana ac superstitione præsumptio, vexabatq; potius laborante

atque laudebat, quicquid imperita manus velut studio medendi eidē adhibuerunt. In-

terea frater mariti eius sde mulieris superuenit, salubriq; consilio rogauit, ut ad basilicā

martyrum sine mora duceretur: ibi affirmans esse sanandam, si vñquā foret receptu-

ra sanitatem. Statimq; iumento imposita ducere incipiunt: appropinquantes autē ba-

silice, de iumento deposita pedibus incedere faciunt. Cumq; eo loci ventus esset, vt iā signa basi-

tricula, quæ signa basilicæ continebat, ab eis conspicui potuissent, tñq; vt ad eam vidē-

licet, campam oculos leuaret hi, qui cam ducebant, imperarent, aspexit, vident, ac sine villa inter-

nas dicit. Admiranda posita mora sanitatem recepit. Ibi omnes pariter in terrā corrunt, diuinam misericor-

diam, quibus valent laudibus extollūr, surgentesq; ad basilicā properanter pergunt: & minæ cu-

adoratis sanctissimis martyribus, ac votis pro modo facultatum persolutis, ad propria iusdam,

cum multa exultatione reuertuntur. Vidimus nos eandem fœminam, & cum illa lo-

cuti sumus, & ea quæ circa illam gesta fuerunt, ipsa narrante didicimus.

Cap. 16.

Nunc illud referre volo, quod ipse in die natalitio beatorum martyrum contigisse vidi. Puer quidam surdus & mutus, qui ante triennium illuc venerat, & in domo custodis ecclesiae ostiarius ab eo fuerat constitutus, festo die iam finito, & officio vesperino consummato, cum iuxta ostium sedederet, repente consurgens basilicam intravit, & a dextris altaris pronus corruit. Cumque eum aditus, qui candelabrum cum' cero ante altare ponebat, ibi iacentem inuenisset, continuo mihi hoc indicare curauit. Nos autem, qui tunc vna eramus ecclesiam celeriter ingressi, eundem sicut ab aditu repertus est, iacentem inuenimus. Quem cum leuare iuberemus, velut grauissimo sapore depresso excitari non potuit. Tandem igitur quasi euigilans erexit se, cernens que nos circumstantes surrexit, atque ad eos, qui propè sibi assisterant, Latinè locutus est. Sunt quidam ex nostris, qui dicunt eundem puerum ferè ante sex menses, cum in cuiusdam hominis nostri domo noctu dormisset, duo quædam verba per soporem fuisse locutum, & auditum, quo eatenam itidem vt loquela carebat, in illa hora reci- pisse. Quod ita factum inde coniiebat, quia postquam de illo somno experactus est, cuncta quæ ei à quolibet imperabantur, ac si intelligeret facere curauit. Sed hoc vi- cùm nesci- ter Latinè, postquam sa- natus est, sic beatos martyres se vidisse, & multa quæalijs dicere deberet, ab illis se audisse narravit, locutus est. Sed cum ea velut in crastinum dicturus, in presenti referre distulisset, tantum illip er obliuionem deleta sunt, vt nihil de his omnino se audiisse recolaret. Hunc ego, quia nomen suum ignorabat, propter prosperum virtutis effectum Prosperum vocari ius- si. Qui adhuc superstes, & apud custodem ecclesiae in eodem, quo prius fuerat, perma- net officio.

Cap. 17.

Alius cura- tur surdus & mutus.

Pridie vero quām hic Prosper loquelam receperisset, hoc est, in vigilia eiusdem festi, uitatis venit quidam iuuenis, similiter surdus & mutus in basilicam? & cum supplici gestu opem Sanctorum imploraret, adiuuante Domino, & ipse plenariam de vtroq; morbo meruit recipere sanitatem. Hunc itidem, vt priorem, quia nomen suum nun- quām audierat, Godescalcum appellaui. Is tamē, non vt Prosper, sed vt sibi gentiliū erat, barbaro sermone loquebatur, postquam ei per merita Sanctorū copia sandi concessa est.

Cap. 18.

Crux in S. Marcellini memoriam posita in via publica.

Cum me quædam necessitas secundum consuetudinem comitatum regis adire co- pelleret, mense Decembrio in ipsis, si benè recolo, Calendis de loco martyrum pro- mouens, sequenti die ad castrum, quod moderno tempore Viuisbada vocatur, ibi mansionem habiturus adueni. Ibi cum propter saltum, qui eidem loco contiguus est, commodiū transfundum solito matutius surgeremus, profecti sunt pueri, qui nos cum impedimentis præcedere debuerunt. Sed postquam de vico, in quo mansimus, e- gressi viam carpare coeperunt, tanta eos terra noctis caligo circundedit, vt quod se ver- tere deberent, omnino scire non possent. Erat præterea frigus ingens, & tecta pruinis terra, videnda via copiam denegabat. Ipsa quoque montium iuga, per quæ eundum erat, nubibus ob sessa, quām longe vel prope essent videri non poterant. Accessit ad hæc etiam vallibus insidens nebula, qua sua crassitudine visum impediens, iter moliri cupientes remorabatur. Qui cum tot obfaculis se impediri cernerent, nec quid age- rent in promptu haberent, equis desiliunt, & viam quam videre non poterant, palpando quætere tentant. Sed ubi hoc parūm successit, ascensis denuo equis, erroris quem abominabantur, se potius committere, quām moras facere decernunt. Igitur paulu- lūm per tenebras procedentes, ad Crucem, quæ in via, per quam ituri erant, ob memo- riam beati Marcellini erat posita, perueniunt. Causa autem eiusdem Crucis ibi ponen- da erat, quod in eo loco habitatores vici, in quo eadem nocte mansimus, mihi ante biennium de palatio reuertenti, & reliquias beati martyris Marcellini, quæ tunc mihi redditæ fuerunt, deferenti occurserunt, eamque ob recordationem huius facti ad venerationem beati martyris, quasi pro titulo vel monime, to ponere curauerunt. Quòd cum prædicti pueri errando potius, quām iter agendo peruenissent, iniérunt consilium, vt ibi socios suos qui sequebantur operiri deberent, cosque ne aberrarent, sonitu buccinæ ad se congregarent, ac deinde cum simul essent, beatos martyres ad opem sibi ferendam inuocarent, sublatisque in altum vocibus Kyrie eleison ter decaptaarent. Quo facto, tantus super eos totidem vicibus cælitus emissi luminis fulgor emicuit, vt diurnæ claritatis candorem adæquaret. Qua coruscatio tan- tum eis commodi ad iter suum agendum attulit, vt consumpta nebula tenebris, que discussa, via quoque quaiare debebant, clare conspecta, iter suum, quanvis per

Illustre mi- raculum ad inuocatio- nationē mar- tyrum.

fylas & opacos nemoribus montes, absque erroris impedimento usque ad ortum aurore peragerent. In prima siquidem coruscatione tantus calor vna cum illo lumine venit, ut eum se velut accensum fornacis vaporē sentire faterentur. Cuius afflatus non solum nebula, verum etiam illa, quantum & montes totamq; syluam operuerat, pruina ita consumpta est, ut tertia corruscatione peracta, nullum illius algoris vestigium penitus appareret. Hac nobis ad vesperam eiusdem diei, postquam ad mansionem venimus, hi qui viderunt atq; experti sunt, narrauerunt. Quorum verbis fidem adhibentes, Dei omnipotentis misericordiam cum gratiarum actione laudauimus, eō quod nos per merita Sanctorum suorum in omnibus necessitatibus nostris adiuuare & consolari dignatus est.

Quanquam omnia magna sint, & ad diuinam debeant referri potentiam, quae pro Cap. 19. pter mortalium salutem ex meritis beatorum martyrum gesta cognouimus: in eo tam miraculo, quod nunc memoria mandare decreui, tam patenter Dei omnipotens virtus clarè cognoscitur, ut nulli dubium relinquatur, quin in omni creatura sua quicquid voluerit facilime possit efficere. Sunt ligna dicitur villa in pago Nithagou, ue, in qua presbyter quidam, nomine Vualtbertus, tenebat ecclesiam. Is mēte captus magno suorum mōrōre, ad basilicam martyrum adductus est. Ex quibus tres erāt fratres eius, vnu presbyter & duo laici: quartus erāt monachus propinquus ipsius de monasterio Hornbach, in quo & ipse presbyter a parua aetate fuerat educatus. A quibus cūm requirerem, si adhuc aliquid medelā à quolibet Medico eidem fuisset impēsum, Statim, inquit, cū eum hac passione cōperimus fuisse corruptum, ad monasterium in quo nutritus fuit, à nobis adductus est. Vbi cūm ei Medicis secundū artis sua peritiae multa fecissent, nec morbum ab eo depellere potuissent, suas erunt nobis amici nostri, ut eum ad horum Sanctorum misericordiam duceremus. Confidimus enim, quod illum saluare possint, sicut alios multos accepimus hīc fuisse saluatos. Post hāc hospitio recepti, quatuor diebus fūēre nobiscum, ducentes eum quotidie ad ecclesiam, & coram sacrī martyrum cineribus iacere facientes. Quinta verò die, frater eius presbyter, & monachus qui cum eo venerat, perierunt ut eum cum duobus fratribus suis laicis reciparem, donec ipsi reueterentur, nam post triduum se dicebant esse reuersi. Feci, ut voluerūt, eumq; presbytero nostro Hilfrido commendaui. Is cūm à presbytero receptus, & cellulam in qua ipse manebat, fuisset inductus, circa vesperam eiusdem diei commota vehementius, qua tenebatur, insania, vnum è fratribus suis, qui eum custodiebant, artepto cultro, quod furenti casus obtulerat, voluit occidere: fed ille necem fugiendo declinavit, & nostris hominibus, qui prop̄ e erant, de vesania illius indicauit. Tum presbyter, cui cura cum custodiendi à nobis erat iniuncta, suggestus mihi simulque persuasit, ut eum vinciri permitterem. Vinctus igitur catenis ferreis, in lecto collocatus, obseratisque foribus, solus in cubiculo relinquitur. Excubant ante ostium fratres eius, & vclut crumpere valentem peruigili cura custodiunt. Ceterū vincula quib⁹ tenebatur adstrictus, eiusmodi erant, ut dum in his esset, non in dextrum aut sinistrum latus se cōuertere, neque aliter nisi stupino corporeia. cere portuisset. Dormiuit itaque, ut ipse testatur, neque ante medium noctem euigi- lauit. At vbi galli cantare coepérunt expergefactus, vidit se non solum vinculorum nexibus solutum, verum etiam morbo insania, quo laborauerat, liberatum? statim que ad laudes Deo dicendas tota mente conuersus, psalmis & hymnis, quos prae nimia gratulatione tametsi solus erat, satis clarē decantabat, omnes in vicinia eiusdem cubiculi dormientes excitauit. Tum surgens, ad ostium accessit, fratresque suos, qui ibi excubabant, ut se ad requisita natura foras exire permetterent, rogauit. Illi autem hunc insaniens dolum rati, nequaquam ei assentire ausi sunt: sed accersito hospite suo, qui eum ibidem inclusaserat, ut cum eo loquatur exoriat. Qui postquam cum eo locutus est, atque ex ratione responsionum suarum sanx mentis esse intellexit, aper- to ostio quo volebat ire permisit. Reuersumque recipiens, quid de vinculis, quibus eum oneratum incluseraat, factum esset inquisivit. Et ille, Catena, inquit, qua me vinxi. sit, salua est: & si vis scire vbi sit, quare eam & inuenies. Accenso itaque lumine, inue- nerunt eam ante lectum, in quo ipsum quiescere fecerant, iacentem eo modo com- positam, atque eisdem nodis adstrictam, quibus tunc fuerat, quando eum cum ea in eodem lecto collocarunt, ac solum in eodem cubiculo dimiserunt. Quis hoc fecisse credendus est, nisi ille, qui de nihilo creauit omnia, & qui in rebus quas condidit, talia potest facere, quae nec intellectu comprehendendi, nec humanis possunt sermonibus ex- plicari? Quis enim aut cogitatione coniugere, aut verbis valeat enarrare, qualiter il-

Frustra Me.
dici conan-
tur mente
capto me.
dei.

Stupendū
in modum
vinculū ab-
soluitur &
fanatur ho-
mo mentis
inops.

Vide rem
admiratio-
ne dignissi-
mam.

le presbyter his vinculis fuerit absolutus, cum nobis certissimum sit neminem esse, qui se solus possit eiusmodi nexibus exuere, si eis fuerit simili modo constrictus, sicut idem presbyter fuit, quando solus in illo cubiculo inclusus est. Hi vero, qui eum ibi dimiserunt, postquam reuersi sanum & mentis ac memorie sua compotem inuenierunt, lati & laudantes Deum simul cum eo ad propria regressi sunt. Hoc ita gestum, non quorumlibet testimoniū relatione didicimus, sed ipsi per nos, quia ibidē tunc eramus. Deo volente cognouiimus, atque ideo fiducialiter scribimus, quod nos constigit oculata, ut dicunt, fide cognoscere. Verum quia cuncta, quae de martyrum virtutibus scribenda suscepimus, nequaquam possunt praesenti sermone compleri, hic liber iste finem accipiat, ut ea quae restant, ab alio rursus exordio commodiū inchoentur.

LIBER QVARTVS.

Cap. 1.

In relatione signorum atque virtutum, quas me in hoc libro scribere velle proposui, illae in capite ponenda videntur, quae in palatio facta, non solum ad plebis, verum etiam ad ipsius principis ac procurerum eius, omniumque, ut ita dicam, aulicorum peruenire notiam: & non tantum propter hoc, sed etiam propter illud, quod in oratoriō nostro, ubi eadem miracula gesta sunt, non alia tunc temporis, quam beatorum Marcellini & Petri reliquias fuserunt, ut quicquid ibi sanitatum atque signorum factum esse cognoscitur, singulariter ac propriè ad illos pertinere ac referri debeat, quotum solas constat ibi fuisse reliquias. Fecerunt ideo beatissimi martyres, sicut in sequentibus demonstrabimus, in aliorum Sanctorum locis multas virtutes atque miracula, quae quibusdam velut communia illis cum his Sanctis, in quorum basilicis facta sunt, non immerito videri possunt, ob hoc præcipue, quoniam qui apud Deum æqualis creduntur meriti, non absurdè putantur in patrādis miraculis communiter operari. Sed hoc aliter esse ea ratione cōuinicitur, quia liquido demonstratur nullas in his locis factas fuisse virtutes, antequam in illa memoratae beatorum martyrum esentia relquia. Sed iam nunc ut promisimus, ea quae in predicto palatio sunt gesta miracula proferamus.

Cap. 2.
Drogo

Erat quidam iuuenis inter cubiculares regis, natione Græcus, nomine *Drogo, qui febre corruptus, aut negligentia suorum, aut inscitia medicorum iam per aliquot mes longa atque aduersa valetudine laborabat. Is posteaquam Hildoinus Abbas reliquias beati Marcellini, sicut in secundo libro demonstratum est, nobis reddidit, admonitus in somnis, ut ad oratorium nostrum veniret, ibidem, cereum quatuor denarijs empnum accederet, ac sanctum Marcellinum martyrem, cuius caput ibi esse asserebat, sibi in atrium inuocaret. Sciretque se si hoc faceret, ea qua iamdiu laborauerat infirmitate citò esse caritatum, creditum admonenti, & id quod imperarum fuerat, quanta poruita leritate compleuit. Statimque sanus factus, & receptis membrorum viribus, proprijs pedibus ad sua regressus est.

Erat ibidem alter aque iuuenis, nomine Gerlacus, de urbe Remorum, inter eos, qui propter adiicia palatiū construenda iussi de illa ciuitate venerunt. Is ante dimidiū fere annum in codem vicō tam valida atque immāni neruorum contraktionē corruptus est, ut pedes natibus & genua mento cohærent. Hunc socij atque propinquū in vlnis suis ferentes, ad memoratum oratorium detulerunt, & quia aliter non poterat, pronum iacere fecerunt, sanctumque martyrem, ut ei sanitas reddeatur, cum magna deuotione rogauerunt. Dies erat Dominica, atque hora diei tertia, quando illuc allatus est, facitq; ibi usq; ad horam nonam. Cumque officium eiusdem hora a clericis esset solemniter impletum, ecce de capsā, quae sacras beati martyris reliquias continebat, tanta suauissimi atque insueti odoris fragrantia egrediens sic totam oratoriū cellulam impedit, ut in admirationem eius omnes, qui aderant, incuncliter assurerent, ac se mutuò an idem omnes æqualiter sentirent, curiosa interrogatione perquirerent. Cū subito vident eum, qui iuxta iacebat, velut à quibusdam tenentibus trahi, & membra quae mōrbo erant contracta extendi, intelligentesque diuinam adesse virtutem, tulerunt hominem & coram altari collocauerunt. Qui cum ibi positus cum multis lachrymis diuinum imploraret auxiliū, cunctis cernentibus ita correctus est, ut qui manibus alienis subiectus in oratoriū venerat, proprijs pedibus de oratorio procederet. Testimonium ita men quam perpeius est passionis, adhuc in suo corpore circumferre cognoscitur. Nam cruce ac pede sinistro sic postea claudicauit, ut ad regendum incessum baculo semper indiget.

Mira odo-
ris suauitas
& capsā reli-
quiārum.Vide mira-
culum.

DE SS. MARTYRIB. MARCELLINO ET PETRO.

530

Indiquerit. Hoc cur non sit percuratum, dicant qui velint. Ego enim id mē video non
aliter posse coniçere, nisi vt existimem interiori eius saluti competere, vt aliqua in eo
exterioris debilitatis vestigia remanerent.

Iuliacus vocatur antiquum municipium, à vico Aquensi octo leugarum spatio di- Cap. 4.
sparatum. De cuius territorio puella quādam simili morbo, similiq; modo affecta, à
matre atque alijs propinquis suis ad memoratum oratorium adducta, cūm p̄r multi
tudine hominum, qui tum fortè propter Missarum audienda solennia illuc conuene-
rant, introferri non posset, extrinsecus eam ad orientale oratorij fenestram colloca-
runt, expetantes opportunitatem, vt recedente populi frequentia, facilis oratorio
inferri potuisset. Sed vbi ad medium ferè officium ventum est, & expleto Euangelio,
hostiæ salutaris oblatio peracta est, cernunt eā angustijs affici, & erumpente per totum
corpus sudore, velut in somnum labi. Quibus signis diuinam adesse virtutē haud ina-
niter cōjicientes, de illo loco leuatam quadro lapidi, qui propt̄r iacebat, soporatae si-
milem superponunt. Ibi coram omnibus, qui huius miraculi conspiciendi gratia con-
currerunt, integer rimam omniū membrorum sanitatē in vnius hora momento Do-
mino opitulante recepit. Erat ibi inter ceteros spectatores & Iudei, quorū vnu Da- ^{Sanatur}
uid nomine post huius signi expletione ad fenestrā cubiculi, in quo ego tunc eram, cele- ^{puebla misse}
riter accurrens, meq; compellans, miraculū quod viderat indicauit, gratias agēs Dōo, ^{re cōtracta.}
qui per martyres suos tanta miracula ad salutem mortaliū operari dignatus est.

Erat in eodem vico cæcus quidam prouecta aratis, qui vt ipse asserebat, ante trien- Cap. 5.
nium subita excitate percussus, inter alios pauperes stipē ostiatim mēdicare solebat. Is
cūm in tuguriolo suo dormiret, vedit per soporem quandam sibi assistentem atque ^{Visio cæci.}
dacentem, vt si videre veller, ad oratorium nostrum iret, sibi esse medicum, qui ei rogā-
ti lumen reddere potuisset. Renuit ille, & lumen quod offerebatur abominatus. Quid,
ait, mihi nunc cum visu, quem iam olim perdidī? melius mihi est, si eo carnero, aquā
si habuero. Modò mendicantem omnes exaudiunt, & ea quæ necessaria sunt, pra-
stant. Nam videntem mendicare non decet. Senex autem & debilis operari non pos-
sum. Tum ille qui cum eo loquebatur, Vade, inquit, & noli morari, nam velis nolis vi- ^{Item altera:}
sum recepturus es. Paruit ille imperati, perrexitq; ad oratoriū, atq; in eo pernoctauit, ^{Cui denuò is qui Rursus ter-}
Et cūm illa nocte nihil esset factū, ad tuguriolum suum reuersus est. Cui denuò is qui ^{tia.}
priùs, per soporem apparuit, & similiter vrantē imperauerat, ad oratorium perge- ^{Videt cæci.}
re præcepit. Fecit ille, vt iussis fuerat, sed ne tunc quidem aliquid adest est.
Terrio verò commonitus venit, & vbi coram altari ad orandum se prostrauit, vi-
sum recepit. Hunc nos dum adhuc cæcus esset, inter alios pauperes ac debiles mul-
tities in domo nostra mendicantem vidimus. Ideoque alium illuminationis eius te-
stem non quæsuumus, quia sufficere nobis credebamus testimonium non fallentis cō-
scientiae nostræ.

Cūm ex his alijsque compluribus virtutum operationibus per circumpositos vi- Cap. 6.
cos & pagos salutaris fama crebresceret, mulier quādam de pago Ribuensi multo
iam tempore caca, visum recipiendi & desiderium simul & fidutiam habens, ad me-
moratum oratorium se rogauit adduci. Cumq; illò venisset, tres toto dies, totidem
que noctes ibidem orando & iejunando continuauit. Sed cūm ad præsens nullum in
se exoptata sanitatis sensisse etiū, domum redacta est. Paucisq; interpositis die-
bus, spe recipiendi luminis haud vanē cōcepta, tertium se ad sacras reliquias deduciro-
gauit. Quò cūm ab uno puerō duceretur (Nam qui priùs eam illò deduxerunt, spem
eius velut inanem ac supervacuam iudicantes, vlt̄riū cum illa ire noluerunt) & vbi
ad coemeterium Aquensis palati, quod in monte, qui eidem vico ab orientali parte
imminet, situm est, codem comitante atq; ducēte peruenit, ibi quasi obuiante sibi di-
uina gratia, diū desideratū lumen recepit. Tum mirans atq; attonita constitit, puerōq;
ducenti vt sequeretur imperauit. Haec tenus, inquiens, quò tu præcedens ducebas secu- ^{Cæca reci.}
ta sum: modo autem tu ducitū non ego, quia viam qua ire debemus, video, & hunc
vicum in quo sacrae reliquiae sunt, ad quas venire dispositi, Domino adiuuante conspi-
cio. Tu tantum vide & cura, vt me recta via ad oratorium martyrum in ipso vico ad-
ducas. His dictis ad oratorium perrexit, gratias egit, factique in se miraculi nobis indi-
cum fecit, videntesque & gaudens ad propria remeauit.

Ancilarem vocant fundum regium ab Aquensi palatio quatuor leugarum spa- Cap. 7.
tio distante. In quo quidem homo erat diutina præcordiorum infirmitate deten-
tus atque laborans, iamq; à suis eo modo desperatus, vt non aliter nisi cauterio cura-
ri posse videretur. Quæritur ad hoc medicus, & vstioni nō profutura dies cōstituitur.

Zz 4

Interea

Interea cuidam foeminæ in eodem fundo habitanti in somnio reuelatum est, non debere illum ad suam curationem eiusmodi medelam admittere, quæ & pro sui mole, stia vix tolerari posset, & quia superuacua esset, salutem patienti non afferret. Cæterū si fanus fieri velleret, ad Aquense palatium iret, oratorium nostrum inquireret, inquit eo se collovari faceref, & ante triduum completum inde non recederet: hoc modo plenariam eum consecuturam sanitatem. Quod vbi ei annuntiatum est, conuocatis amicis ac proximis, petijt ut erga se illius reuelationis iusta completerent. Qui mox iumento impositum, ad oratorium adducunt, atque in eo vt iuflum fuerat, collocates, abeūt post triduum reuersuri. Ille autem ibidem dimissus per tres dies & noctes Domino pro salutis sua recuperatione haud inaniter supplicans, ita perfectè sanatus est, vt nullum in suis visceribus morbi, quo multo tempore tenebatur, asperceret remansisse vestigium. Suis igitur sicut promiserant ad se reuersis, ac sanum sicut optauerant inuenientibus, non dorso iumenti ut venerat, sed pedum suorum officio ad propria cum ingenti & sua & illorum gratulatione atque laetitia regressum est.

Cap. 8.

Est item fundus regius in pago Molano, octo circiter leugis ab Aquensi vico dispositus. Gangluden habitatores appellant. In quo mulier quædam, quæ octo ferè annorum filiam dira paralysie ægritudine adeò confectam habebat, vt iam ex longo tempore nullum penè membrum ad officium suum mouere potuisset: audita virtutum fama, spem de recuperanda filiae salute pio corde concepit! Protinusq; sublatam vlnis proprijs, ad memoratum oratorium deportare curauit. Quæ cùm illo antemeridianō tempore, hora videlicet prandij peruenisset, & clericorum nemini, nem ibidem inuenisset (Nam reficiendi causa paulo antè discesserant) tamen ingressa, filiam iuxta se in paumento collocauit. Ipsa autem præparatum cereum, quem pro munere detulerat, accendens, ante illam in eodem paumento posuit; scđ ad ordinum coram sacris cineribus cum summa deuotione prostrauit. Quo facto, fine vlla interposita mora puella per supernam gratiam omnium membrorum lanitatem confirmata recepta, matre non sentiente surrexit; cereumq; qui coram se iacebat suscepit, ac post tergum iacentis constituit. Quæ cùm oratione completa caput de paumento levasset, & nec cereum, nec filiam in eo quo posuerat, loco esse vidisset, surrexit; & cōuerfaque filiam ponit se cum cero stantem Deum laudans ac latabunda conspexit. Igitur cùm nullum ibi cui de virtute q; gesta fuerat referre posset, adesse videret. Nam præter pauperes, qui ibidem mendicandi gratia excubabant, nemo intra oratorijs parientes, excepta se ac filia sua, tunc erat, quando illud miraculum factum est: votis cum gratiarum actione solutis, domum cum filiasana atq; in columni repedauit. Cu ius virtutis inditum qualiter ad nos perlatum sit, paucis expediāt. Geruardus patratusq; bibliothecarius, cui tunc temporis etiam palatinorum operum ac structurarum à rege cura commissa erat, de Nouiomago veniens, palatum Aquensem perebat. Is cùm in memorato fundo quadam nocte mansisset, quæsiuit ab hospite suo, si aliquid noui de palatio nuper audisset. Cui illus Nihil, inquit, modò apud aulicos tam celebre est, quæ signa & virtutes, quæ fiunt in domo Einhardi per quosdam sanctos; quorum reliquias in oratorio domus sua habere dicitur. Ad quarum venerationem omnes vicini nostri quotidie festinant, & quicunq; infirmus illò fuerit adductus slico curatur. Cœpirq; ei de filia mulieris illius, qualiter ante paucos dies salua facta sit, intima re. Tum Geruardus: Vade, ait, & eandem mulierem adduc ad me, vt ipsa mihi dicat, quod audire desidero. Venit mulier, & omnia prout gesta erat, patenter exposuit. Geruardus vero, cùm in crastinum ad regem venisset, ea quæ de hoc signo reuelatione illius foeminæ comparerat, eidem indicauit. Rex autem cùm ego secundum consuetudinem ingressus, coram illo starem, quid sibi Geruardus de hoc miraculo resiliet, ram mihi, quæ cæteris sibi astantibus, diuinam misericordiam atq; potentiam admirando simul atque laudando, insinuauit. Sic nos contigit signum, quod nobis ignorantibus in domo nostra gestum est, ex huiusmodi relatione cognoscere.

Cap. 9.

Hæc de miraculis beatorum martyrum, quæ in palatio gesta sunt, in præsenti opere commemorasse sufficiat. Nuncad eas virtutes veniendū est, quæ in his locis facta sunt ad quæ religiosis viris potentibus, ac me largiente, venerandæ eorundem martyrum reliquias venerunt, & in quibus ha& tenus cum magna reuerentia coluntur. Quas primus omnium Georgius presbyter & rector monasterij S. Saluij martyris, quod in pago Farnmartensi in vico Valentianas appellato in ripa Scaldis flumij situm est, me dante suscepit, & per quendam Diaconum ad memoratum monasterium de Aquensi palatio destinauit. Is vnum tantum comitem secum habens, cùm in pago Hasbanio ad vicum

* Sanomar. tenfi.

vicum regium, quem Vuasidum vocant, venisset, atque in prato, quod vico proximum erat, reficiendorum iumentorum gratia descendisset, ecce vnu de habitatorib⁹ loci gibbo depresso, maxillis etiam ex nimio dentium dolore, quem vt ipse dicebat, diutinum patiebatur, nimio tumore distentis, furca ferrata in collo ferens, idē pratu furibundus intravit, & cur pratum suum depascerentur, stomachando percontatur. Cui Diaconus, qui reliquias martyrum ferebat, & eas tunc in summitate virgæ, quam ob hoc in codem loco fixerat, suspendere parabat, Melius, inquit, tibi est, vt coram his Sanctorum reliquijs, quas hic in manibus habeo, prosternaris. Deumq; roges, vt te per merita eorundem Sanctorum de dolore, quem pateris, liberare dignetur. Nam tu mor, qui in facie tua videtur, testatur aliquem magnum in ore tuo esse dolorem. Ad hæc homo proiecta furca, quā manu ferebat, ante reliquias pronus corruit, & vt Diaconus ei suscit, pro salute sua Domino supplicauit. Nec longa interposita mora ita sanus ab oratione surrexit, vt nec tumor in facie, nec dolor in dentibus, nec gibbus, quo premebatur, remaneret in dorso. Ac proinde concito gradu vicum ingressus, omnes propinquos ac vicinos suos in codem loco constitutos ad laudem Deo dicendam, & gratias Christo Domino referendas inuitauit. Confluxit in pratu ingens populi mul-

Homo gibbosus & dexter dolens mirè sanatur.

En prisca re ligionem.

titudo, & pro eo qui sanatus fuerat, gratias actura circuniacentis regionis turba cōgre gara est. Rogat omnes Diaconum, vt illam noctem ibi moraretur, nec ille eis hoc negare poterat, quia parati erant, nisi assentiret, etiam inuitum detinere. Ducunt deinde per uigilem noctem, & in Dei laudibus tota regio resonabat. In crastinum autem cum Diaconus iter suum capere coepisset, omnis illa congregati populi frequentia abeun tem cum ingenti deuotione comitata est, nec antē vel subsistere vel discedere voluit, quā ab alijs, quos miraculi huius fama commouerat, obuiā sibi venītibus fuisse exceptus. Hoc modo sacra martyrum reliquiae ex huius occasione miraculi à populis illarum regionum excepta, & ad basilicam S. Saluji, quā eas memoratus Georgius miserat, Domino ducente perlatæ sunt. Hoc signum ipsius Georgij relatione constat mihi esse compertum. De ceteris autem, quā nunc dicenda sunt, ab eo libellum accēpi, cuius ordo vel series hunc modum habet cognoscitur.

Anno quartodecimo, Christo proprio, imperij Ludouici Augusti, cūm ad corrodandam Christiani populi fidem, sicut in initio naſcentis ecclesiæ signa & prodigia in ipso regis palatio per merita Sanctorum suorum Dominus dignaretur ostendere, petiū & obtinuit Georgius presbyter Aquisgrani palatio ab Einhardo Abbe reliquias beatorum Christi martyrum Marcellini & Petri, quorum corpora ipse de Roma per homines suos allata nuper accepérat, easq; in capsal, quam auro & gemis decolorauerat, reconditas per Diaconum suum, nomine Theothardum ad basilicam S. Saluji martyris, quam ipse tunc temporis per beneficium regis tenebat, dirige. re curauit. Qui Diaconus cūm ad villam regiam, quā Vuasidum vocatur, venisset, occurrerat ei homo gibberosus, & ex dentium dolore ita vexatus atq; confessus, vt iā per dies quindecim nullum alium viētum quā solam aquam posset assumere. Qui cum hortante Diacono coram reliquijs, quas ille ferebat, se ad orandum prostrāset, & Dominum Christum vt sui misereretur, deuotè ac suppliciter inuocāset, per intercessionem Sanctorum Marcellini & Petri cuncta corporis incommodeitate depulsa, sanus ab oratione surrexit. Factum est hoc miraculum tertiodecimo Calendas Iulij quod à me superius pleniū est enarratum: quia ego illud iuxta relationem memoriae Georgij conscribere curauit.

Diaconus autem cum reliquijs tertia die Valentianas veniens, cūm eas in basilicā S. Saluji, sicut ei fuerat imperatum, reverenter & honorificè inferret, quidam iuuenis de villa regis, quae Listina vocatur, Dominicus nomine, qui eo morbo, quem Graci spasmum appellant, iam per annum integrum sic vexabatur, vt manus eius dextera penitus contineri non posset, sed agitatione continua, quasi qui molam verteret, moueretur in gyrum, statim in ipso introitum per merita beatorum martyrum coram omnī populo ita curatus est, vt post hæc nullum illius horrendæ agitationis pateretur incommodum.

Exinde die quarta, in festinitate videlicet B. Ioannis Baptiste, anus quādam nominata Gerrada, quā se annū vñū cæca fuisse testata est, dum Missarum solennia celebrarē. Redditur lumen, inuocatis beatis martyribus lumen, quod ex fide petierat, cunctis qui aderant vñū men cæcae, dentibus, per illorum meritam recipit. Similiter in festinitate sancti Saluji, quā e. uenit sexto Calendas Iulij, quidam homo surdus & mutus inter solennia Missarum per suffragia Martyrum & auditum & loquela recipere meruit. Eadem ratur, dic anus

Capsa reliquiarū, au-
ro & gemis
ornata.

Cap. ii.

Curatur

spasticus

I V N I V S.

550
 Itē cæca. die anus quædam de pago Laudunensi Rodeltrudis nomine, quæ per tres annos lumen cæli non vidit, in eadem celebratione Missarum visum recepit. Quinto Calendas Iulij puer quidam annorum circiter septem, * Donitanus nomine, qui fuit cæcus à nativitate, dum diuinum celebratur officium, per merita beatorum martyrum illuminatus est.

* Domitia
nus.
Cap. 13.

Item alia
cæca.

Contractus
sanatur.
Cap. 14.

Duæ cæci il
luminantur.
+ Ruoida

In vigilia verò beatorum Apostolorum Petri & Pauli, id est, quarto Calendas Iulij, puella quædam parua, nomine Theobalda, habens atatis annos, ut putabatur, novem, q̄ tribus annis nihil viderat, tempore salutaris officij in media populi multitudine constituta, martyrum suffragantibus meritis, lumine amissum ex diuina miseratione recepit. Eadem die quidam homo, nomine Dado, de villa Pōticuli vocata, qui annos sex curuus erat, & ad calum se erigere non poterat, ideoq; breuibus anticulis sustentandi se gratia sub axillis positis cernuius incedebat. In eadem hora, eodemq; in loco per misericordiam Dei & per merita beatorum martyrum erectus ac sanus effectus est.

Die quarto Nonarum Iuliarum quædam vidua, nomine Adalrada, quæ annis quatuor oculorum lumine priuata nihil videbat, audita virtutum fama, spem visus recipiēdī non vanā fide cōcepit, arreptoq; baculo, sola sine ductore ad Valentianas ire contendit. Cumq; vico appropinquare cōpisset, visum est ei, quod velut vnum solis radiū oculo dextro consiperet, ac proinde diuinam clementiam puro corde deprecata est, vt per intercessionem Sanctorum suorum ecclesiam beati Saluij se videre permitteret. Statimq; exaudita est, & quod optauerat, Domino miserante, sine mora effectō secuta. Ipsa quoq; die, altera quædam fœmina de pago Nouiomensi, nomine *Ruolia, la, quinquennio cæca, inter Missarum solennia lumen quod amiserat, Christo Domino per merita Sanctorum suorum donante recepit.

Multi alij
curantur.
Cap. 15.

In octauis Apostolorum, id est, pridiè Nonas Iulij, quidam homo Gunthardus nomine, de eodem pago, velut paralyſi percussus, ad basilicam S. Saluji à suis adductus est, q; vt dicebant, iam vñ annum habebat in eadem infirmitate, & tam vehementer in sinistra parte corporis sui debilitatis est, vt nec manū ad os ducere, nec se vel lauare vel calceare valerer. Hic per misericordiā Dei, meritaq; Sanctorum tēpore matutinalis officij in ipsa solennitate sanus effectus est. Similiter & alitus homo, nomine Hildebrandus, veniens de monasterio, quod ad duos Gemellos appellatur, cùm ab infantia cæsus esset, ac lumen cæli in tota vita sua nō vidisset, in celebratione Missarum eadē die in eadem basilica per eosdem Sanctos, eodem Domino miserante atq; auxiliante, visum recepit, & omnia quæ prius nō vidit, clare videre meruit. Die vero Nonar Iuliarum puella quædam paruula, nomine Reginaldis, quæ non amplius quā septennis esse videbatur, cùm tribus annis oculorum suorum lumine caruisset, & inter cæteros in basilica ad diuinum officium audiendū constitisset, interuenientib; Sanctorū meritis eorū omni multitudine illuminata est. Quarto Idus Iulij cæca quædam, nomine Alagia, quæ duob; ferè annis visu carebat, intra sacra Missarum solennia, suffragantibus libi Sanctorum precib; à Domino Iesu Christo illuminata est. Eadē die cæcus quidam valde senex de villa Gauliacas, Ermentiuardus vocabulo, qui annis quatuordecim nihil videbat potuit, ad vespertinum officium ecclesiam ingressus, beatos martyres inuocauit, ac statim cæcitatem depulsa, diu desideratam lucem Domino adiuuante recipit. Septimo Calendas Augusti puella quædam, quæ ab immundo spiritu vexabatur, in basilicā adducta, dum sacræ oblationis officiū celebratur, per virtutē Christi & meritabatorū martyrum fugato dæmō, integrimā mētis & corporis meruit recipere sanitatem.

Cap. 16.

Hæc sunt miracula atq; virtutes, quas Dominus noster Iesus Christus per merita sanctorum martyrum suorum Marcellini & Petri in vico Valētianas ad salutem humani generis operari dignatus est. Quæ memoratus Georgius presbyter brevi libello collecta nobis mittere curauit, & nos huic operi nostro censiimus inferimus. Hic est Georgius Veneticus, qui de patria sua ad Imperatorem venit, & in Aquenti palatio organum, quod Græcē hydraulica vocatur, mirifica arte cōpositum.

Cap. 17.

Alter libellus mihi oblatus est de monasterio S. Bauonis, q; situm est iuxta Scaldim in loco Ganda vocato, ubi idem amnis Legia fluminī cōiungitur, à fratrib; ibidē Deo seruientib;. Quorū rogatu reliquias memoratorū Christi martyrum ad idem monasterium missi, in quo hæc per ordinē gesta reperta sunt. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi octingētesimo vicesimo octauo venerunt reliquia sanctorū Christi martyrum Marcellini & Petri ad monasterium S. Bauonis die quinto Nonar. Iulij, feria sexta, Indictione vi. Tertia verò die, id est, Dominica proxima, q; fuit tertio Nonas Iulias, q; dā puella cæca, nomine Hartlinda, de villa quæ * Fursenum appellatur, quam pater & mater testati sunt octo annis oculorum officio caruisse, cùm ante altare super quod faciat

facræ martyrum reliquiæ erant posita, fuisse adducta, coram omnibus qui aderant vi-
sum Domino miserante recepit. Inde post dies octo, id est, quarto Idus Iulij adducta
est altera puella similiter cæca, nomine Helmrada, de villa Magle nuncupata? cu-
ius parentes de ea retulerunt, quod octaua die postquam baptizata fuit, subita cæ-
citate percussa fit. Quæ & ipsa statim coram sacræ martyrum cineribus lumen,
quod iamdudum perdidit, Domino sibi reddente recepit. Exin die tertia, quod fuit
pridiæ Idus Iulij, venit illuc puella quadam curva, nomine Blidrada, de villa Bodere-
tio, quæ pertinet ad monasterium sancti Vedasti. Quæ cùm ante memoratas Sancto-
rum reliquias pro restitutione salutis suæ Dominum Christum suppliciter inuocâsse,
coram omnibus qui aderant erecta est, & integrum corporis sui statum in momento
temporis recipere meruit.

Postea vero duodecimo die Calendæ Augustarum foemina quædam, nomine Eddela, ancilla Sancti Amandi, de villa Baceroda vocata, quæ plurimis annis oculo-
rum lumine caruisse dicebatur, ibidē fideliter orans visum recepit. Eodem die seruus quidam S. Bauonis, Eberaldus vocabulo, de villa Millinio, qui & ipse per plures an-
nos lumen cæli non vidit, cunctis qui aderant cernentibus, eodem in loco diu des-
iderata luce donatus est. Ipsa quoque die duas viduæ, quæ plurimis annis cæcae fuerant,
ibidem illuminata sunt, quarum altera nomine Bliduvara de villa Accinio, altera Ricbertha vocata, de villa Vuermilio fuisse narratur. Deinde post dies vigintiquinq;
id est, in festiuitate Assumptionis S. Mariae, foemina quædam vocabulo Angarihilda,
de villa Goiaco, coram sacræ martyrum reliquijs omni populo cernente, & id, quod
euenerat admirante ita incuruata est, ut penitus se ad calum videndum erigere non
posset. Eademque sequenti die, id est, decimoséptimo Calendas Septembribus in eadem
ecclesia cùm Euangeliū legeretur, eodem populo teste ita erecta, atque in statum
pristinum restituta est, si nunquam per villam corporis sui laetionem ad terram fui-
set inclinata. Postea vero secunda & vicecima die mēsis Septembribus, id est, decimo Ca-
lendas Octobris homo quidam de pago Texandria, ex villa qua Appenja nominatur,
vocabulo Liodoldus, qui propter sinistri cruris ac pedis imbecillitatem duobus se ba-
culis ad incedendum sustentabat, ita ibidem in conspectu populi perfectè curatus est,
vt vtrà iam in ambulando baculorum adminiculo non egeret.

Quarta vero die post patrationem huius miraculi, id est, septimo Calendas O-
ctobris, iuuenis quidam surdus & mutus, sinistra quoque manu contractus, nomine Hunvaldus, de villa Coruio nuncupata, cùm ante sacræ martyrum reliquias venis-
set, atque ibi suppliciter orasset, statim per virtutem Christi depulsis vniuersis, quibus
afficiebatur incommodis, ita sanus effectus est, ac si nunquam aut surdus, aut mutus,
aut ex contractione neruorum in manu fuisse aliquo modo debilitatus. Sequentiā,
die, hoc est, sexto Calendas Octobris, foemina quædam, nomine Engilgarda, quæ
per multos annos dira paralysie passione tenebatur, eadem in basilica per merita
beatorum martyrum coram omni populo est curata. Erat eadem ancilla pertinens
ad Episcopium Tornacēse, de villa qua Vuercundia nominatur. In crastinū vero, id
est, quinto Calendas Octobris, altera quædam foemina, nomine Ramburga, de villa
Bettingaheim, simili passione in inferiori corporis sui parte valde debilitata, cunctis
qui aderant videntibus, coram eisdem Sanctorum reliquijs perfectam membrorum
suorum firmitatem recepit, atque à morbo, quo per decem annos laborasse fereba-
tur, Deo volente in momento temporis liberata est. Eadem die vir quidam cæcus, no-
mine Germanus, de villa * Schalteum, quæ iuxta ostium Scaldis fluminis in mariti-
ma Frisonum regione posita est, cùm ibi pro calamitate, quam patiebatur, Domini heim,
misericordiam & beatos martyres inuocasset, diu negatum lumen cum lœtitia recipie-
re meruit. Quarta autem die, postquam hoc signum Domino volente contigit, id est, * Schalt.
pridiæ Calendas Octobris quædam ancilla S. Bauonis, vocabulo Gundrada, de villa Al-
dingaheim, quæ tribus fere annis solem non viderat, vbi se coram altari ad orandum
prostrauerat, lumen quo amiserat, Christo Domino per merita Sanctorum suorum
largiente recepit.

Tertium quoque libellum detulerunt mihi fratres de monasterio S. Seruatij cōfes. Cap. 20.
soris, quod situm est in ripa Mose fluminis, in vico qui hodieq; Traiectus vocatur, &
distat ab Aquensi palatio octo circiter leugas, estq; habitantium & præcipue negotia-
torum multitudine frequentissimus. Cuius textus si benè tecolo, in hunc modum vi-
detur esse compositus. Aduentus Sanctorum Christi martyrum Marcellini & Petri
ad vicum Traiectum contigit pridiæ Nonas Iunij. Nam ipso die venit eis obuiam Antiqua.
de eo.

Multa mira
cula facta
Gandauid
martyrum
horum reli
quias.

Cap. 18.
Item alia
miracula.

Cap. 19.
Surdus &
mutus abie
incolumis.

Item paraly
tica due.

Cæco redit
lumen.

Itemque
cæcas.

I V N I V S.

Cap. 21. **Sanctorum** de eodem vico immanis multitudo populi ad susceptionem illorum congregata, laudans & benedicens Deum super immensa atque inenarrabili misericordia sua, qua per tantos patronos populum in se erendentem & confidentem visitare dignatus est.

Cumque his laudibus, & latitia spirituali usque ad basilicam beati Seruati peruentum est, celebratisque cum magna omnium gratulatione Missarum solennijs, & vniuersis ad sua reuersis, fererunt quo sacri cineres adueniti sunt, a dextris altaris iuxta can. cellas collocatum est: totusque ille dies cum ingenti eodem in vico consistentis populi exultatione atque iucunditate consummatus est. Cumq; ad vespertinum officium iuxta consuetudinem celebrandum, eadem basilicam suissemus ingressi, aderat inter ceteros puer quidam, nomine Bernigius, quem propinquus sui de pago Cundensio ante paucos dies illuc venientes, adduxerunt eum à natuitate. Qui subito coram omnibus in paumentum cecidit, ibique aliquandiu velut sopore depresso iacuit, mox.

Causas que apertis oculis lucem, quam nunquam ante vidit, Christo Domino per merita Sanctorum suorum donante conspexit. Exin quinta die, id est, sexto Idus Iunij homo qui

dam cognomento Hildimarus, qui surdus erat & mutus, coram eisdem sacris Sandorum reliquijs, & auditum pariter & loquela per virtutem Christi recepit.

Cap. 21. **Alia miracula.** Eodem quoque die puella quadam, de familia S. Lamberti, nomine Adallinda, que non solum surda & muta, sed etiam cæca, totoque corpore tam miserabil modo ex neruorum contractione erat complicata, ut genua pectori iungerentur: iuxta sacras martyrum reliquias a suis posita, & vifum & auditum, loquela etiā omniumque membrorum restitutionem ac salutem coram omnibus, qui aderant, mirabili celeritate diuino manere consecuta est. Postridie vero, id est, quinto Idus Iunij quidam ser.

uus regius, nomine Berohadus de villa Cresciaco, in dextera sui corporis parte pertotum ex neruorum contractione debilitatus & inutilis factus, cum ante memoratas Sanctorum reliquias venisset, statim erectus, & sanitati quam desiderabat, sine mora est redditus. Similiter & puella quadam de ipso vico Traiecto, vocabulo Theothildis, cuius dextera manus erat simili contractione intantum complicata atque distorta, ut ad omnem vifum esset inutilis: hæc eadem die ante easdem Sanctorum reliquias par modo curata est. Quibus vifis, populus in basilica congregatus coepit prænmia exultatione atq; lexit in hymnis & litanij, sublatis in altum vocib; laudes Domino decata.

Visus miraculis plebs latabunda laudat Deum. Et, & attonito similis constituit: Ac deinde cu ante altare sancti Salvatoris, quod in me-

dia ecclesia positum est, peruenisset, erumpente protinus de naribus eius sanguine,

quo diu priuatius fuerat, auditus officio donatus est. In crastinum autem, id est, quarto Idus Iunij vifum est nobis, ut fererunt quod sacros martyrum cineres continebat, altius eleuari deberet, ad hoc videlicet, ut aliquantò eminentius esset, quam altare cui appositum erat, & facilius ab accedentibus cerni potuisset. Idque nobis facientibus, &

inter faciendum litanias cum Dei laude canentibus, puella quadam de familia S. Ser-

uatijs à natuitate sua pedibus ex contractione distortis, manibus etiam ex neruor-

distensione, dissolutis, insuper & muta, quam paulò ante in basilicam sui derulerunt,

& coram feretro posuerunt, subito sanitati est redditus, ita ut eadem hora & loqui, &

incedere, & manibus ad omnia necessaria perfectè vt potuerit.

Cap. 22. Fœmina quadam de ipso vico Traiecto, cum haberet ancillam cæcam, nomine A.

dalgardam, ingressa basilicam tradidit eam sanctis martyribus Marcellino & Petro,

ut per eorum suffragia vifum recipere mereretur, ibid; dimisit. Quæ cum post per-

atum vespertinale officium in eadem ecclesia subfusisset, subito velut ab aliquo im-

pulsu in paumentum cecidit, atque ibi diu volutata, tandem cum ingenti circumstan-

cœa videtur, populi stupore atque admiratione clarè videns surrexit. Contigit hoc Idibus Iunij

ad vesperum, ipso noctis incipiente crepusculo. Homo quidam de Provincia Burgu-

dia ex territorio Gennauenisi, nomine Theorgarius, ea passione laborans, quam me-

dici Græco vocabulo spasmus appellant, Latinè autem ab aliis membra agita-

tione, tremulosa non incongrue vocari potest: venit in basilicam, atque in media po-

puli turba, quæ ad audienda Missarum solennia, vt in die Dominico moris est, fuerat

congregata, constituit. Cumque post recitaram Euangelij lectio nem Christiana credu-

litatis symbolum recitatetur, tremulos ille subito ad terram corruit, & dum diui-

num officium peragitur, penè immobilis ac mortuo quam viuenti similius iacuit:

multoque ex naribus eius sanguine manante, post completum sacrum officium, cu-

magna inspectantis populi admiratione sanus ac sine vita trepidatione surrexit. Fa-

ctum est hoc miraculum decimo octavo Calendas Iulij die Dominico, sicut superiorius

compre-

Spasmus fit sanus.

DE SS. MARTYRIB. MARCELLINO ET PETRO.

553

comprehensum est. Quarta autem feria, id est, decimoquinto Calendas Iulij puer qui-
dam nomine Folchardus, de monasterio quod Meldradium vocatur, qui erat cruri-
bus ac pedibus miserabili contractione distortus, eodem in loco coram omni populo
curatus est. Undecimo Calendas Iulij venit quidam homo ad ecclesiam, & inter cete-
ros intravit, cuius dextra manus simul cum brachio modo mirabili mouebatur in gy-
rum, ac si molam vertere deberet, idque incessanter agebat. Is dicebat ob hoc sibi hanc
inquietudinem accidisse, quia die Dominica contra vetitum moleretur: & iam annum
integrum euolutum esse, ex quo huiusmodi poena mulctatus est. Qui cum ad sacras Alius quo-
martyrum reliquias appropiasset, ibi, fideliter eos inuocasset, molaris illa cōmotio que male
subitanea quiete sopita est. Hic homo de monasterio Scotorum, quod Fosse vocatur,
se venisse, Dothiumq; appellari dicebat.

In vigilia S. Iohannis Baptiste, qua est die nono Calendarum Iuliarum, venit qui-
dam vir Traiectum ab basilicam S. Seruatij, qui se de ciuitate Tornaco esse fatebatur.
Is, ut ipse aiebat, fuit ab infantia surdus & mutus, ductusque à suis ad S. Sebasteianum,
ceperit ibi & audire & loqui, sed inefficaciter, quoniam verba eius vix intelligebatur. Ipse
quoque cum alijs eum loquerentur, renuntiatem audiit, nisi simulare non poterat.
Qui ubi ad matutinum officium venit, coram sacris reliquijs procumbens obdormi-
vit. Nec multò post velut aliquo excitante euigilans, quis os suum pugno percussisset,
à circumstantibus perquisiuit. Cui cum omnes, neminem hoc fecisse, respödissent, sur-
exit, eademque hora sanus factus perfecte, sine ullo impedimento & audiuit & locu-
tus est. Eadem die dum sacra Missarum solemnia celebrantur, foemina quadam, no-
mine Adallinda, duos cereos ad lumen in ecclesia faciendum detulit: quorum unum
dextra manu cuidam ex custodibus ut accederetur porrexit: alium autem interim quasi
de illo postea illuminandum, manu sinistra retinuit. Sed mirum in modum, dum cul-
tos sibi datum accedit, ille qui in manu foemina remansit, cunctis cernentibus di-
uinitus accensus est.

Monaestrium sanctimonialium, Eike vocabulo, situm super Mosam fluuium est. In quo quædam Deo sacrata, nomine Saliga, toto corpore, excepto dextro brachio, diro paralysis morbo dissoluta iacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis suis asti-
tisse, ac tali sermone eam compellasse visus est, vt dicaret. Quid agis? Cui cum illa non
aliquid, quam se in lecto suo quiescere respondisset, Audistine, inquit, aliquid de San-
ctis, qui in Traiecto ad S. Seruatium venerantur? Cui cum nihil de his se audisse respon-
disset. Surge, ait, velociter, atque illuc properanter venire contendere. Nam ibi es omnium
membrorum tuorum receptacula sanitatem. Sed cum expergefacta nihil de his facere
curasset, iterum sequenti nocte ab eodem simili modo est admontata, ut Traiectum
pergeret. Illa tamen, ut prius, spreta monensis voce, quod iubebatur distulit profici-
sci. Tertia verò nocte vidit eundem sibi astare, & cum quadam seueritate cur moni-
ta sua contempset interrogare, baculoque, quem-tunc manu tenere videbatur, latus
eius percutere, atque ut Traiectum velociter pergeret, imperare. Nec illa iam ausa tri-
na visionis autoritati resistere, accedit ad se propinquis & amicis, Traiectum ut sibi
iussum erat deducitur, & in basilica beati Seruatij iuxta sacros martyrum cineres col-
locatur. Cumque ibi promissa sanitatis praestolaretur euentum, quinto demum die
postquam illuc venerantur, cum magna omnium admiratione perfectam totius corpo- Paralytica
ris sui meruit recipere sanitatem. Relstant adhuc duo valde præclara miracula, quæ integrâ re-
cipit fosi-
tatem.

non solum tegenda silentio non censco, quin potius illorum conscriptione conue-
nientissimum quarto volumini, quod in manibus habetur, finem me facturum esse
confido. Et licet eadem signa beatis martyribus Marcellino & Petro cum alijs Sanctis
possint videti communia, ex eo quod unum ex his in aduentu reliquiarum sanctorum
Prothi & Hyacinthi, & iuxta ipsas reliquias gestum est, alterumque in die natalitio S.
Hermetis sub ipsis reliquijs contigit certum est: ideo tamen ipsis præcipue adscribi-
da videntur, quoniam in basilica facta sunt, in qua corum sacratissima corpora re-
quiescent. Gestorum autem fides ad nos pertinet, qui præsentes fuimus, & quibus ea
diuina pietas vide concessit. Ac proinde omissa prefatione, ad ipsa quædicensa sunt
miracula veniamus.

Gregorius Romanæ urbis Episcopus, qui Eugenio simulque Valentino in Ponti- Gregorius
catu honore successit, cum titulum S. Marci Euangeliste, in quo presbyter fuerat, am- Papa 4. au-
pliare, & in eo monasterium vellet extruere, quæfuerit per coemeteria & ecclesiastion. xit & orna-
gius ab Urbe constitutas, sicubi Sanctorum martyrum corpora posset inuenire: Inue- uit titulum
raq; titulo, quem opere magnifico extruxerat, curauit inferre. Casu igitur factum est, S. Marci.

Aaa

vt eo

vt eo tempore, quo sepulchrum beatissimi Hermetis erat aperturus, & sacrum illius corpus inde fuerat sublaturus, vnum ex nostris, qui eodem anno supplicandi gratia, ut moris est penitentibus, Romam venerat, congregata ad basilicam martyris multitudini cum ceteris peregrinis intercesset. In negotio, quod agebatur, diligenter inspecto, spem adipiscendarum memorati martyris reliquiarum, licet corde simplici, non tamen sine causa concepit. & Deusdonam Diaconum, cuius in primo libro crebram scimus mentionem, adiens obnoxie rogauit, vt ex his quantulcumque, a custodibus loci acciperet, mihiq; deferendum sibi praefaret. Qui confessim precibus eius annuens, id se sine mora facturum pollicetur. Datoq; custodibus pretio, non solum S. Hermetis, sed etiam sanctorum Proti atq; Hyacinthi, quorum in eadem basilica corpora erant posita, reliquias accepit. Et illas quidem per quandam familiarem suum, cui Sabbatino cognomen erat, simulq; & nostru, qui ei vt hoc faceret persuasit, mittere curauit.

Quod autem de corpore beati Hermetis potuit adipisci, ipse ad nos venies, pro ingenio munere derulit. Cum autem de aduentu reliquiarum sanctorum Proti & Hyacinthino, excipiuntur bis esset indicatum, obuiā illis processum, easque, vt par erat, honorificè suscipientes, reliquiae atq; basilicā cum hymnis & orationibus inferentes, propter corpora beatorum Marcellini & Petri cum feretro quo venerant, collaudauimus. Vbi cū in crastinum mulier quādā de proximo pradiolo, quod Baldradestat nūcupatur, dāmone possessa cum cetero populo fuisse ingressa, coepit nequam spiritus fremere, ac prostratam in pavimento collidere suamq; malitiam coram omnibus confitendo publicare. Cumquea presbytero se exorcizante fuisse interrogatus, quis esset, vnde venisset, quando & cur in ea intrasset, ad singula respondit, sequē non solum dāmonē, sed etiam omnium violentium pessimum esse testatus est. Et cū presbyter ab eo causam tantā nequitia requisisset, malā voluntatem hanc sibi tribuisse fatebatur. Rursus cū ab eo quereret, si vñquam in celo fuisse: in calo se fuisse, & inde propter superbiam deiectum esse confessus est. Eadem percontanti, vtrum Christū Dominū, nec ne vidisset, ait in inferno eū à se vñsum tempore, quo pro humani generis saluatione mori, atq; illuc descendere dignatus est. Vbi verò ad id ventus est, vt eū interrogaret, si nomina martyris nō esset, quorum reliquiae pridiē eidem ecclesiā illata sunt? Notissima, inquit, mihi sunt eorum nomina: quia quando passi sunt, præsens astabā, ac de eorum sempiterna gloria ingēni tor

Martyres cruciantur, monem, & coguntur debet, & longinquas defertasq; regiones petitus sum. Post hāc cū & occasione & modū ingressioris suā iubente presbytero exposuisset, conuersus ad foeminarū. Ego, inquit, infelix mulier, antequā exam, offa tua collida atq; confringā, teq; debilē ac nostrarū societatis memorem relinquam. Et cū illa velut infirmitatis suā conscientia, coepisset vocē supplici atq; submissa Sanctorū auxilium implorare, ille statim per os ipsius cū ingentiausteritate fremens & increpātā, loqui volenti silentiū imperauit. Erat enim nobis, qui præsentes eramus, ad videndū valde mirabile, quod ille spiritus immundus per os eiusdē mulierculā tā diuerso modo loquebatur, & nūc masculina, nūc foeminina

Diuersa voces ex uno ore. vocis qualitatē sic ad purum exprimebat, vt nō vna sed duā in ea acriter alterantes, seq; adiuvicē conuicijs lacescentes personae esse viderentur. Et reuerā duas erāt, diuersa inter se voluntate dissidentes: dāmonis vna, possessum à se corpus collidere cupientis mulieris altera, hoste quo tenebatur, liberari desiderantis. Quā diueritas voluntatum ex disparitate vocum ac dissimilitudine verborū, quā inter se iactabant, sat isclarē atq; aperte poterat intelligi. Cōpleto igitur iuxta confuetudinem mysterij calefītis officio, nobisq; ad curanda corpora de basilica egreditur, iussimus foeminā cum custodiis ibidem, donec reuerteremur, opperiri, fidutiam habentes, quod per virtutē Christi & merita martyris suorum perfidus possessor eius citō foret exiturus. neq; nos spes nostra fecellit. Nā post refractionem ad ecclesiā regredi, exādo dāmonio sanā illam & incolumem, ac per omnia mentis suā cōpotem, atq; in Dei laudibus exultantem inuenimus. Et hoc quidē signum in aduentu reliquiarum beatorum Christi martyris Proti & Hyacinthi iuxta modum à nobis cōprehensum constat esse completum? illud autem, quod S. Hermeti adscribitur, quo sit ordine gestum, præsentī narratiōe clarebit.

Colonia metropolis est in finib; Ribuariorum, super Rhēnū posita. Ex qua foemina quādā erat à renibus deorsum diutina neruorū distensione in tantū debilitata, vt negato sibi crurum ac pedū officio, nō aliter quam sedens, porreūtis in anteriora pedib; ac manibus in terram positis innitens, seq; hoc modo promouens, vicem ambulandi explore

Explere potuisset. Hæc auditis miraculis atque virtutibus, quas Dominus per sanctos martyres suos Marcellinum & Petrum in curatione infirmorum atque debilium operatus est, ad basilicam eorum venire gesiuit. Et quoniam aliter commode nequiebat, in naue mercatorum, qui illò ad festiuitatem eorundem Sanctorum ibant, aduenit. Venitq; illuc ad diem natalitium, atque ibi spe recuperandæ salutis aliquandiu morata est. Sed ubi vidit curationem suam esse dilatam (& reuerà dilata erat, non negata: quia non alibi, sed ibi: neque tunc, sed alio tempore fieri debuit) statuit Mogun. Monasterium S. Albani & Moguntiæ per celebre. tiacum proficisci. Erat enim in proximo festiuitas S. Albani martyris, cuius apud ean- dem urbem & basilica & per celebre monasterium est. Quòd cum venisset, & apud me. moriam martyris pro restitutione salutis sua Domino supplicasset, vidit per soporem quandam iuuenem clericum sibi assistentem, ac nouos calceos manu ferentem, atque ut eos acciperet pedibusq; indueret imperante: se quoque ita fecisse. Illum deinde præcepisse, ut his calceata ad locum, vnde illò venerat, reuerteretur, ibiq; aduentum Medici præstolaretur, qui eam esset proculdubio sanatus. Quæ vbi euigilauit, visio. ni fidei accommodans, quanta potuit celeritate ad Sanctorum martyrum salutifera limina reuersa est: ac per duos menses in eodem loco inter alios pauperes conuer- fata, pollicitationem visionis opperiebatur. Cum interim circa medium ferè mēsem Augustum Deusdona Diaconus, cuius in primo operis huius libro crebram fecimus mentionem, Roma vienens, vnum articulum digitum beati Hermetis martyris pro ma- gno nobis munere detulit. Quem accipientes, capsula reconditū in superiori parte ba- silicæ supra ipsum occidentalem ecclesiæ introitum collocauimus. At foemina, qua, vt dixi, visione diuinitus admonita illuc venerat, & duobus iam exactis mensibus, nihil promissa opis sibi aduenisse cernebat, delusam se vano somnio existimans, redditū in patriam meditari coepit. Statuitq; cum negotiatoribus, qui se reducerent, ut proxima Dominica, quæ quinto Calendarium Septembrium die simul cum anniversaria S. Hermetis solennitate erat futura, nauem eorum in regionem suā reuersura conscen- deret. Iamq; instantे nocte, quæ diem profectiōni conditum erat, sine dubio praece- fura, cum nos secundum consuetudinem completo nocturnali officio, ad quiescen- dum suissemus egressi, cateris ex euntibus, foemina illa introire volens, in ipso limine cōsedit: ibiq; coram omnibus stupore quodam oppressa, parumper obticuit. Ac deinde erumpente ex omnibus pedum vnguis aliquanto sanguine, ad se reuersa, manū circumstantibus porrexit, eretaq; in pedes, ad sepulchrum martyrum ambulare coe- pit. Quòd cum peruenisset, ad orationem coram altari prosternitur, ibiq; tandiū iacuit, miserè con- quoadusq; hymnus, quem exultantium simul atq; mirantium multitudine Deum lau- tracta fana- dans deuotissime cantabat, completeretur. Quo finito, fana surrexit, sed in patriam lute- terius redire noluit. Merito igitur miraculum istud beato Hermeti adscribitur, cuius die natalitio, & sub cuius reliquijs gestum esse cōstat. Sed nequaquam sanctissimi martyres Macellinus & Petrus eiusdem operis exortes esse possunt, in quorum basilica pa- tratum est, & quos ipsa, quæ curata est, foemina toto peregrinationis sua tempore, ut se adiuvarent, semper inuocauit.

Hæc sunt, quæ de innumeris Sanctorum virtutibus aut à nobis visa, aut fidelium vera ci relatione cōperta, literis ac memorie mandare decreuimus, quæ Christi amatorib;, ac martyrum eius veneratorib; ad legendū grata fore nō ambigo: quoniā nihil eis vide- tur impossibile, quod vt fiat, Deo omnipotenti placuerit. Incredulis autem ac Sanctorum gloriæ derogantibus, quia fastidiosa esse non dubito, ne omnino legere velint, suadent cōfisco: ne forte vilitate nostri sermonis offensi, blasphemiam & inuidentiam deuitare non valeant, ac sic Deū & proximū, quos amare iubentur, se odisse declarent.

IN EODEM VETVSTO MS. CODICĒ, VNDE HAEC DESCRI-
PSIMUS, sequebatur eorundem beatissimorum martyrum historia Lambico carmine,
licet non admodum exacto, conscripta, non addito Authoris nomine. Qui
cū mihi videatur esse idem Eginbartus, qui superiora scripsit,
tum propter maiorem historie fidem, tum propter Autho-
rem ipsum eam hoc loco subiungere voluimus.

S. Petrus ex-
orcista.

ERAT quidem exorcista, Petrus nomine,
Qui doctrinam magni Petri secutus Apostoli,
Veram fidem Iesu Christi prædicauit gentibus,
Malignorum adiutor fuit iste dæmonum,

Aaa 2.

Atque

Atque atros verbo potens effugabat spiritus,
Perque signum sanctæ Crucis agros sanos fecerat.

Quem pagani comprehensum duris ne stant vinculis,
Ac per multa lanitatum tormentorum generat.

Ad extreum tenebroso manciparunt carceri.
Imprudentes arbitrati, quod per artus corporis

Poena inflcta præualeret Christi fidem tollere.
Sed cor celo fixum manens nescit flagris cedere,

Cui custos deputatus præfuit Arthemius,
Qui reorum turbam diris constringebat vinculis,

Atque claustra caligosi seruabat ergastuli.
Erat cui chara valde nata Virgo nomine,

Quæ inuasa præferoci vexabatur dæmonie,

Et paterna sua poena cruciabat peccato.

Quod cum Petrus compertisset, compellat Arthemium,
Monens simul & exhortans Christi miles inclitus,

Mercaretur sancta fide vt salutem filiae.

Deum, dixit, crede Christum, qui creauit omnia,
Qui calum terraque sua continet in dextera,

Et qui miti potentatu protegit quod possidet.

Hæc beato proferente Petro Christi famulo,

Custos ille tenebrosi carceris Arthemius,

Plura dicta contrâ refert, sed eadem friuola:

Non est, inquit, verum Petre, neque verisimile,

Meam tuus possit Christus vt salvare filiam,

Qui nullum exhibet suis solamen cultoribus,

Ferret, puto, si valeret opem suis famulis,

Sed hoc illum non valere produnt illa verbæ,

Quæ tu dudum propter ipsum tolerando deficis.

Ad hæc Petrus vultu latro pauca verba referens,

Christum, inquit, confitemur, & in ipsum credimus,

Qui est solus seculorum salvator & dominus.

Ipsæ valet, quicquid sibi placuerit, facere,

Tam celo terraque potens, quam & ponti fluctibus,

Cui seruit totum suis celum cum sideribus.

Ille potest quandocumque sibi placet soluere-

Duros nexus catenarum, quibus vincitus teneor,

Et de cunctis tormentorum poenis tutum reddere.

Sed meum credo quod nolit impediare brauius,

Quin peccatis depurgatum peruenire faciat

Per tormenta passionis ad perennem gloriam.

Velle tam, ô Arthemius, faceres periculum,

Verum siet, anne falsum, quod de Christo credimus,

Quodque illum tam potentem omnes esse dicimus.

Ad hæc antri carceralis custos nondum credulus,

Fiat, ait, quod hortaris, hodieque clareat,

Valeat quid Christus tuus, quem me rogas credere.

En ego nunc tuis vincis superaddam vincula,

Teque ipsum tenebroso clausum linquo carcere.

Atque antri postes seris stringam firmioribus.

Si te tantis innodatum liberabit nexibus

Christus vester, ac solutum sospitem reddiderit.

Credam illum, atque Deum colam sine dubio:

Ea tamen ratione, si redemptam video,

Ipsæ Christo faciente, meam charam filiam

Ab illius dominatu, quo vexatur, dæmonis.

Tunc subridens fortis ille Petrus Christi famulus,

Fides, ait, imbecilla confirmari poterit,

Si que verbis promisi, factis adimpleueris.

Meque

Comprehē,
ditur & cru-
ciatur à Pa-
ganis.

For. + Pauli-
na. Sic e-
nīm in alia
Historia
vocatur.

Cur Chri-
stus non ser-
uet suos
martyres à
poenis.

Meque humana sine opere atque ad miniculō;
Isto tetro quo includor, liberatum carcere
Domus tuae limen pede penetrasse videris.
Et non tantum contemplati, sed palmarum tactibus
Explorando comprobabis ipsum tibi assisterē;
Quem inclusum dimisiſt tenebroſo in carcere.
Ad hæc verba crebro caput agitans Arthemius,
Et non credens Deum posse tanta bona facere;
Tali Petro seruo Christi respondet affamine;
Homo, inquit, mente captus, aliena loqueris;
Quod ex multis accidisse reor passionibus;
Quas tu diu propter sectam Christianam sustines.
Ita dixit, & abscessit, seq; domum contulit;
Coniugiq; cuncta sua cognomento Candidæ
Valde stupens atque mirans dicta Petri retulit.
Cui coniux dubitanti cotidie fatur credulo;
Sed mirari quid infanum volueret diceret;
Quem audisset hospitatem sibi nunc promittere?
Nec hoc diu differendum esse quod promiserat;
Sed præsentis se facturum fateretur tempore,
Et quod dixit ac spopondit, hodiè clarescere.
Ille vero contraria nitens, vxorem increpitat;
Cur his verbis fidem dare, & appellat fatuam;
Quia Christum Deum Petri tam potentem cederet.
Non est, ait, nūmen vnum, sed nec ipse Iuppiter;
Quod eundem sic conclusum possit vinculis soluere;
Vel ex antri tetro lacu liberum dimittere.
Illa Petri verbis credens, quibus se promiserat
Per virtutem Iesu Christi mira posse facere;
Tali sibi resistenter repulit elogio;
Hoc est inquit, quod augabit Dei sui gloriam;
Cum per illum erit factum, quod patrare nequeunt.
Illa magna, quæ à nobis nunc coluntur, numina.
Hæc dum simul ac vicissim alternando conferunt;
Atq; solis orbe merso, stellæ noctem proferunt.
Ecce Petrus, ut promisit, adeo admirantibus;
Signum Crucis manu gestans, veste fulgens candida;
Seq; verum Christi serum, & non falsum aliquid;
Ese monstrat, tum multorum contrectatur manibus.
Hæc cernentem stupor ingens arripit Arthemium;
Atq; Petri sine mora pedibus aduoluitur;
Deum solum verum Christum magnis clamans vocibus.
Hoc & coniux, hoc & cuncta consonat familia;
Essè nullum, nisi Christum, rerum potentissimum;
Quem beatus prædicasset Petrus atq; coleret.
In aduentu cuius ipsum, quod eorum filiam
Diu male possidendo vexabat, dæmonium;
Fugit statim, & inurus Dei virum prædicat;
Ut in alto malum atrox audiretur aere.
Virtus, dicens, Christi Petre, in te manens pepulit—
Mede illa, quæ tenebam vsq; modò virgine.
Hæc tum Petre faciente per virtutem Spiritus;
Fama velox per vicina statim loca volitans;
Multos valde congregauit viros atq; foeminas,
Nam non minus quam trecenti conuenere masculi;
Mulierum quoq; maior numerus confluxerat;
Simul omnes admirantes sanctam Christi gloriam.
Etenim cernebant cuncti, quod in Christi nomine—
Omnes morbos anarentur per supernam gratiam;

Arthemius
delirare pu-
tat S. Petru-
dum polli-
cetur gran-
dia.

Coniux Ar-
themij re-
prehendit
cum.

S. Petrus di-
tinuit fo-
latus, venit
ad illos.

Arthemius
credidit in
Christum
cum suis.

Filia Arthe-
mij libera-
tur à dæmo-
ne.

IVNIVS.

Perque sacra Petri iussa pellerentur dæmones.
 Et videntes, corde puro capere desiderant
 Fidem Christi salitarem simul atque flagitant;
 Ut in sacri mererentur vnda fontis ablui.
 Huc statim vocante Petro venit Christi famulus,
 Magnus martyr & confessor Marcellinus presbyter,
 Ut nouellum confirmaret baptismate populum.
 Quæ dum essent adimpleta competenti ordine,
 Nutu Dei quaterdeni dies euoluti sunt,
 Per quos Sancti nouæ gentis nationem roborant!
 Ut in Christo permanentes, creature colere
 Nolint, vitam neque istam velut magni quippiam
 Amplectantur immo velint propter ipsum perdere.
 His exactis, adest saui missus lictor ludicis,
 Iubens omnes, qui fuissent tetro clausi carcere,
 Ad conspectum nocte prima arbitrii assistere.
 Quod exemplò cùm audisset atrii custos carceris,
 Blandis vincltos, qui aderant, vocibus alloquitur,
 Irent cuncti, quoquot ersum vellet quisq; pergere.
 Qui ad palmam, inquit, regni peruenire cogitat,
 Ille mecum ad Sereni Iudicis præsentiam—
 Poenas ibi subiturus pergere non habet.
 Si quis verò nondum vitam mundalem spernere
 Valet, atq; tormentorum est paucore tertitus,
 Eat liber, quod voluntas illum sua tulerit.
 Ecce autem ludex primo noctis gallicinio
 Surgit vigil, ac furenti voce iubet noxios
 Suis omnes alligatos exhiberi visibus.
 Huic præstò tenebris custos astans carceris,
 Petrus, ait, exorcista, quem puniri iusseras,
 Per virtutem sui Christi cunctos vinculos soluerat,
 Et catenis absolutos, ire iussit liberos.
 Ipse tamen Marcellinum quandam secum retinens,
 In qua semel iussus erat, permanet custodia.
 Haec dicentem furibundus imperat Vicarius
 Plumbo casum, atq; vinculum carceris Arthemiū
 In obscuram atq; arcam recipi custodiam.
 Sanctos verò Marcellinum atq; Petrum martyres,
 Questionem habiturus de illorum actibus,
 Suo iubet saius ludex tribunalii assistere.
 Quos ut toruis coramstantes conspicatur vultibus,
 Blandis primò compellandos arbitratur vocibus.
 Ut corum permutteret mentium propositum.
 Poena, dixit, vos minore plecti posse dicerem,
 Ni si cunctos criminatos, qui vobis cum carceris
 Antro clausi tenebantur, effugisse cernerem.
 Et hoc factum vestro nōsem Christiano dogmate,
 Per quod malè miserorum mentibus illuditis,
 Fascinantes ac fallentes magicis versutijs.
 Cui magnus Christi martyr Marcellinus presbyter,
 Forti pectus pietatis plenum gerens spiritu,
 Pauca quidem, sed non parua verba contrà reddidit.
 Non est, inquit, criminatus, nec dicendus noxius,
 Qui omisso paganism, Christo coepit credere,
 Atq; illi sana mente seruendum iudicat.
 Hoc qui facit, Dei summi filius vocabitur,
 Et à cunctis peccatorum absolutus sordibus,
 Verè esse, quod vocatur, Deo dante visitur.
 Haec dicentem Marcellinum imperat minaciter

Sæus

558
 Multi ad
 Christu ac-
 cedunt.

Iubente Iu-
dice plum-
batis cædi-
tur Arthe-
nius.

S. Marcelli-
nus respon-
det Iudici.

DE SS. MARTYRIB. MARCELLINO ET PETRO.

559

Czeditur pugnis, &c.

Sæuus Iudex sub duorum pugnis casum subigit;
Et in locum, omni luce qui caferet, projici.
In quo vitrum super humum fecit fractum spargier,
Ac desuper assertorem veri nudum sternere;
Atque vindictum voluturi illis in fragminibus,
Omni vietu abstineri Christi iubens famulum.
Vt his poenis enecatus, interiret propere,
Cui fidem extorquere se non posse viderat.
Tum deinde Petrum videns, talibus alliquitatur;
Nolo, inquit, arbitris iterum eculeo
Tectorquendum, vel ignitis exurendum faculis.
Immò nōris, quod nēctendus nodis fortioribus,
Stipitiq; applicatus luce stabis crastina,
Ac ferarum laniatu vitam breuī finies.
Tum beatus responderido Petrus forti pectore,
Iram volens contumacis concitare iudicis,
Tali voce saeuientem prouocat insaniam;
Cum Serenus vociteris, miror validissim,
Cur tam tetro vultūm geras obfuscatum nubilo,
Vt mensuram peruidere propriam non valeas.
Esse nāque te mortalem vniuersi nouimus,
Et tu velut quiddam magnum in te vigens lateat,
Grandes poenas minitaris Christiano populo,
Stulta nimis ac feroci confidens audacia,
Immortalem Christi fidem de credentum cordibus
Exturbari vñquam posse poenis temporalibus.
Sacerdotem quidem Christi, quem rogare poteras,
Vt pro tuis exoraret plurimi excessibus,
Pugnis casum atque vindictum mancipasti carceri.
De quo tamen tristi facto vero latus gaudio,
Magnus ille martyris Christi modò nihil queritur;
Immò rerum conditori dignas refert gratias.
His auditis, efferratus torm entorum arbiter,
Petrum iuber catenarum comprehensum pondere
Oneratum, in obscuram recipi custodiam.
Et in cippo furbundus præcipit arctissimo
Plantas simul atque crura pretiosi martyris,
Ne abire præualeret, includendo comprimi.
Sed cum esset isto modo separati martyres,
Celso missus visitator cæli venit culmine.
Ad beatum Christi testem consolandum Angelus.
Qui dum sanctum inuenisset vitro superpositum
Marcellinum sine ueste nudo vindictum corpore,
Christo Deo supplicantem, sicut erat solitus,
Soluti statim, & opertum indumentis propriis
Quoquierunt præcedentem sequendum imperat,
Eo dicens perducendum, ubi Petrus fuerat.
Cumque esset illò ventum, verus Dei nuntius,
Petro statim absoluto, Marcellino præcipit,
Vt se ambo præcedentem sequerentur pariter.
Quem sequente intrauerunt domum quandam subito,
In qua erat congregatus Christianus populus,
Qui per ipsos ad diuinam doctrinam peruererat.
Tum præcepit ille magnis Angelus martyribus,
Vt cateruam congregatam confirmare studeant
Per septena proximorum dierum volumina:
Actum demum saeuient se tyranno proferant,
Ostendantque parum posse illius potentiam
Contra Dei continentis cuncta prouidentiam.

S. Petri mira
constantia.

S. Petrus
vindictus cate
nis truditur
in carcere.

Angelus sol
uit Marcelli
num & Pe
trum, & e
ducit e cu
stodia.

Aaa 4

Tum

IVNIVS.

560

Tum sequenti luce iussit Iudex crudelissimus,
 Ut ministri visitarent loca, quibus martyres
 Clausos simul & ligatos custodiri iusserat.
 Cumque ibi non repertos referentes dicerent,
 Ire iussit, & adduci vna cum Arthemio
 Eius quoque mulierem cognomento Candidam;
 Atque natam eorundem, nuncupatam Virginem,
 De qua Petrus exorcista dæmonem expulerat;
 Et purgatam regi Christo crêdulam reddiderat.
 Hos adductos ille truci intuitus oculo,
 Dijs iussit, immò terris ut litarent latuulis;
 Atque sacram Christi fidem abnegando linquerent.
 Et cum nolle peruidisset imperata facere,
 Iussit seus in ingenti ruderum congerie,
 More pressi noxiore, necarentur pariter.
 Qui cum vinclis ducerentur viam per Aureliam,
 Vident simul Marcellinum atque Petrum martyres;
 Et cum eis multam valde populi frequentiam.
 Quibus visis, profugisse tremefactos afferunt;
 Qui beatos confessores catenarum pondere
 Prægrauatos ac depresso puniendos traxerant.
 Quos ut p̄ij fugientes turba vedit populi,
 Precurriendo festinauit præuenire pavidos:
 Ac mulcere cor furentum verbis cœpit mitibus.
 Sed non valens quod volebat pia plebs perficere,
 Loco fixos retentauit, donec Christi famulus
 Marcellinus obtulisset salutarem hostiam.
 Nam in specu, quo futura sperabatur passio,
 Martyr Christi celebrauit Missarum solennia.
 Quis completis, abscesserunt quos abire iusserat.
 Tum conuersi Marcellinus atque Petrus martyres,
 Ambo simul perfidorum alloquuntur populum;
 Atque tali furibundos compellabant famine;
 Envidiatis quod in nostra ditione fuerat,
 Ut vos modo, quo vellemus, valeremus lädere;
 Et quos vinclis tenebatis, vi erectos tollere;
 Sed hoc nolle Christiana fecit patientia;
 Quam suorum serendo famulorum sensibus,
 Suo mites ac modestos Christus facit munere.
 Et nunc quidem nos, superna suffragante gratia,
 Hinc abiire poteramus, si hoc ferret animus.
 Vos contrà quid possitis, tandem palam dicite.
 Tum frenentes ac frementes satanæ satellites,
 Primò ipsum, quem trahebant, trucidant Arthemium;
 Ense duro ferientes effeterunt martyrem.
 Cuius neci cotiuncidunt coniugem ac filiam.
 Quas per cryptæ liminare præcep̄s datos obruunt;
 Saxis simul atque magnis arenarum molibus.
 Tum beatos assertores veritatis alligant
 Marcellinum atque Perrum audios martyrij;
 Annectuntque catenatos arborum stipitibus;
 Donec retro nuntiarent tormentorum arbitro;
 Atque ipsis comperirent decernente Iudice,
 Quali morte magni forent consumendi martyres.
 Qui dum cuncta cognouisset gesta, quæque iusserat,
 Nigram iubet intra sylvam sanctos duci martyres;
 Et inibi capitalem capere sententiam.
 Quo cùm eos deduxissent dæmonum satellites,
 Illi lati & alacres, laudantesque Dominum,

Sententia in
Arthemiu
& coniuge
ac filiam
eius.

Missa cele-
brata à S.
Marcelino
in specu.

Arthemius
decollatur.

Eius vxor
& filia taxis
obruuntur.

Locum

Locum sua passioni largiorem faciunt:¹⁰
 Nam & spinas atque vepres euellebant manibus
 Ipsi suis, ut purgando terram puram redderent,
 Sacrum erat qua illorum exceptura sanguinem.
 Tunc orantes, atque pacis sibi dantes osculum,
 Genu flexo percussorem patienter perferunt;
 Ac proiecta ḡraui p̄tunt cālūm carnis sarcina.
 Quorum ipse, qui eosdem magnos Christi martyres
 Ferro iussus, iugulauit, se vidisse fassus est
 Carnis vinclis absolutoris euolasse spiritus
 Forma quasi virginali, tectos veste fulgida,
 Auro quoque radientes a gemmarum lumine,
 Angelorum coruscantium circundatos agmine,
 Latabundos cum immensa lucis affluentia,
 Supra cuncta penetrando celsa mundi sidera,
 Subleuatos ad æterna cali regna scandere.
 Dua quadam referuntur Rōma nata sc̄minæ,
 Vna dicta est Lucilla, Firminaque altera,
 Veram puris retinētes Christi fidem cordibus
 Quæ propinquæ ter beati martyris Tiburtij,
 Ad illius sacrofæcum assidentes tumulum,
 Deo gratias vigilando ducebant excubias.
 Quibus ipse cum beatis semet comitantibus
 Marcellino atque Petro manifeste retulit
 Per soporem, vbi sacra iacuissent corpora
 Eorundem electorum atque simul admonet,
 Ut eentes absque mora, illa statim auferant,
 Et in crypta suum propè current corpus ponere.
 Qui præceptis obsequentes, Nigram syluam adeunt,
 Sublatosque beatorum inde portant cineres,
 Et in specu deponentes, iusso loco tumulant.
 Quas ad ista peragenda adiuuisse referunt
 Duos quosdam de sacrata sedis Apostolica
 Clericis, quos ordo sacer nominat Acolytos.
 Hæc ut gesta referuntur, retulisse asserunt
 Illum ipsum, qui eosdem interemit martyres,
 Et ab illo didicisse Damasum Pontificem,
 Cum ætate puerili, per eadem tempora
 Sub magistro ministraret, & ad magnum cresceret
 Rerum culmen, tunc Rōmana lector in ecclesia.
 Post h̄c cuncta memorasse, ac mandasse literis,
 Cum illius almæ sedis obtineret apicem,
 Et in tota principatu polleret Ecclesia.
 Ille autem, qui beatos martyres percusserat,
 Dorotheus cognomento, per diuinam gratiam
 Ad baptiſmi sacramentum peruenisse dicitur.
 Sacram sedem tunc regente Iulio Pontifice,
 Publicam simul puramque gessit pœnitentiam.
 Atque morum probitate consequi promeruit
 Sempiterni Saluatoris salutarem gratiam,
 Per illorum, quo percussit beatorum martyrum
 Nunc & semper memorandam miram patientiam.
 Qui de mundi triumphantes principe diabolo,
 In supernis collocati semper gaudent sedibus
 Coram Christo per æterna seculorum secula.

Marcellinus
& Petrus
plectuntur
capite.

S. Tiburtius
cū Marcelli-
no & Petro
apparet Lu-
cinæ, &c.

Damasus
Pontifex
scripsit hi-
storian Mar-
cellini &
Petri.